Cantate DOMINO canticum novum Laus eius in Ecclesia Sanctorum. Psal. 149.

MUSICES CHORALIS MEDULLA;

Siue

TOTIUS CANTUS GREGORIANI SUCCINCTA AC FUNDAMENTALIS TRADITIO.

COLONIÆ,
Apud Wilhelm Friessem
Anno
1670.

MVSICES CHORALIS MEDVLLA;

SIVE

TOTIUS CANTUS GREGO-riani ſuccincta ac fundamen-talis

TRADITIO;

UNA CUM TONIS COM-munibus, Hymnis, Antiphonis le-ctione menſali &c. ad uſum FF. Mi-norum Recollectorum Ordi-nis Seraphici Patris S. Fran-ciſci.

Senes cum junioribus laudent nomen Do-mini. Pſal. 148.

ANNO 1670.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Typis & ſumptibus Wilhelmi Frieſ-ſem, Bibliopolæ Colonienſis, in pla-tea vulgo Tranckgaß.

ADMODVM RE-
verendo Patri, P. F. PETRO RITZ, totius Ordinis Seraphici Patris S. Francisci, necnon almæ Provinciæ Coloniensis seu Rhenanæ FF. Min. Recollectorum Patri perpetuo ac jubilario, bis Definitori generali, modò actuali optimè merito, Patri meo multum colendo.

ADMODVM REVERENDE PATER.

M*Vsices Choralis Medulla Te Chori nostri principem suum sibi in Patronum elegit. Appellavi Chori principem, prædicavi satis*: prolixa laudatio, *inquit S. Ambrosius*,(a) quæ non queritur, sed tenetur. Nemo est lauda-

(a) *lib.* 1. *de Virg.*

bilior

bilior, quam qui ab omnibus laudari poteſt: *quot fratres, tot præcones qui Te Chori principem, ductorem & animatorem prædicant, dum loquuntur:* Prævenerunt principes conjuncti pſallentibus, in medio juvencularum tympaniſtriarum. *Pſ. 67. Tu in medio fratrum juvenum, Dominum die noctuque laudantium, nobis pſallentibus, non duntaxat mente & corpore es coniunctus, ſed etiam tanquã verus princeps, dux, & anteſignanus omnes prævenis, ac præcedis: nec voci parcis, nec tantæ parcis ætati: qui membris tuis vitæ auſteritate, jeiunio multiplici, vigilijs, diſciplinis, lectione oratione, contemplatione, ac ipſo ſenio fractis, requiem indulgere neſcis. Plura propter*

tuam

tuam mihi perspectam modestiam proferre non audeo: Deus super omnia benedictus, in Te hactenus glorificatus, annis Te plurimis ultra senectam & senium summum, pro maiori sui Nominis gloria, nec non Ordinis nostri Seraphici, Provinciaeque nostrae splendore ac ornamento tueatur incolumem, donec dierum ac meritorum plenissimus, voceris ad domum Domini, ut laetatus in his, quae dicta sunt tibi, beatus in saecula saeculorum laudes eum, cui Cherubim & Seraphim sanctus, sanctus, sanctus, incessabili voce proclamant. Ita medullitus voveo, ita opto. Brulae in Provinciae Novitiatu Anno ab Incarnatione Verbi MDCLXX. Cal. Ianuarii. Rdae. Adm. Pti. tuae

Devotus

F Hermannus Mott.

UT libellus, cui titulus: Musices Choralis Medulla &c. à V. P. F. HERMANNO MOTT, Fratrum Minorum Recollectorum Provinciæ nostræ Coloniensis seu Rhenanæ primario Novitiorum Instructore conscriptus, imprimatur, hisce licentiam concedo. Datum Coloniæ in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum ad Olivas dicto, sub nostro Chirographo, officiique sigillo minori, die 22 Maij 1669.

F. Bonaventura Reul Minister provincialis.

PRO-

PROLOGVS.

MUſica, quæ eſt benè canendi ſcientia, duplex eſt: Naturalis & Artificialis. Naturalis quoniã per ſe eſt; ideò Artificialis ſubdividitur in Choralem & Figuralem. Quandoquidem verò nobis de figurali (quæ diverſam figurarum quantitatem juxta varia præſcripta ſigna exprimit (nihil agendum eſt, de ſola Chorali dicemus pauca.

Muſica igitur Choralis eſt, quæ introductis unâ vel pluribus vocibus, æquam ſimplicem & uniformem in ſuis Notulis ſervat menſuram, abſq; incremento prolationis. vel: cuius Notulæ eiuſdem fermè ſunt valoris.

Quiſquis proinde hanc ſcientiam callere volet, hic, ut (Alphabeti inſtar) ſequentia fundamentalia Rudimenta infallibili memoria teneat, neceſſe eſt: quæ nos brevitatis causâ,

in quinque præcipuè capita dividimus, tum ut diſcentium facilitati conſulamus, tum ut legentium quorumcunque ſuboriundo quaquaverſus tædio, ſubveniamus.

Sunt autem hæc Capita.
1. Clavis.
2. Vox.
3. Cantus.
4. Mutatio.
5. Tonus.

Quæ ordine tractabuntur, & tali fermè methodo, ut brevi temporis ſpatio, ſine ſingulari labore queant addiſci.

Caput I.


De Clavibus.

CLavis muſicalis eſt vocis formandæ index. Dicitur clavis metaphoricè; ſicut enim clave aperiuntur ea, quæ abſtruſa & in penitiſſimis angulis occluſa jacent; ita per claves muſicas tòtius Cantus vim & naturam exponimus. Undè armarium muſices reconditum intrare, ſive aptè & ſcientificè cantare nemo poteſt, niſi ejuſdem artis Claves ſciat.

Et primo quot numero ſint, ſecundò, ubi ſedem habeant, tertiò, quomodo ſignentur, quartò, quid demum ſignificent, obſervet.

Scien-

Sciendum itaque eſt, quòd claves muſicales ſint ſeptem: nempe ſeptem primæ literæ Alphabeti: A, B, C, D, E, F, G, quæ ſedes ſuas habent in ſyſtemate muſico, quatuor aut quinque linearum æqualiter diſtantium, & , vel tria, vel quatuor ſpatia continentium, in hunc modum:



Ex his Clavibus duas habemus ſignatas, ſcilicet C & F, ſic dictæ, quod à principio cujuſque ſyſtematis expreſsè ſignentur; & quidem Clavis C, hoc ſigno ; Clavis autẽ F, tali exprimitur. Ab his numerare incipimus ſurſum & deorſum per totum ſyſtema; ſurſum ordine recto alphabetico; deorſum verò ordine retrogrado: quarum

Clavium vel una, vel ambæ ſimul poni poſſunt, ut in ſequentibus patebit. Sic autem incipies numerare à Clave ſignata;



Quas

Quas Clavium ſignaturas non ideò poſui, quod communiter occurant tam altè & profundè; ſed ad fundamentalem numerationem addiſcendam; ſin autem contingat Cantum vel ad aſcenſum vel deſcenſum protrahi; ille per Clavis ſignatæ tranſpoſitionem poterit ſalvari. De quo Cap. 4. de Mutatione.

Hic nota quod in Clavis ſignatæ tranſpoſitione diligentiſſimè attendendus ſit cuſtos ſive index, qui in noſtris Choralibus libris ſignificatur tali ⌉ vel ſimili ⁓ ſigno. Nominatur autem cuſtos ſive index, quia locum ſequentis notæ ſive vocis cuſtodit & indicat. Hiſce præſuppoſitis, in ſequenti, ut aiunt proba videbis an ſcias numerare, & quid qualibet in clave cantandum ſit, invenies.



Praxis hæc eſt: Interroga temetipſum in omnibus præſignatis punctis; qualis eſt in

iſta lineâ, vel ſpaio Clavis? ſi neſcis: incipe numerare à Clave ſignata, ubi Clavem inveneris; quid in ea cantandum ſit, aut cantari poſſit, revidendo ſcalam muſicalem, ſive tabulam generalem a, la, mi, re, Capite ſecundo expreſſam intelliges.

B, quod duplex eſt: b rotundum ſive molle, & ♮ quadratum ſive durum, eo quod non ſemper à principio ſyſtematis ſignentur, inter claves ſignatas minimè reputari, ſed tantum ubi ſignantur, cantus inſinuare diſtinctionem ſcias.

Hoc porro tibi ſignificant claves ſignatæ. Primò cantum aperiunt quaſi, ut ſcias quomodo, an altè vel profundè incipiendum. Hinc etiam benè videndum, an vel in medio, vel in fine ſyſtematis, clavis ſignata tranſponatur. Secundo in Cantu te dirigunt per totum ſyſtema, ut noſſe queas, quid qualibet in lineâ, vel ſpatio cantandum ſit.

Quod ut clarius intelligas, ſciendum eſt, quaſdam eſſe ſyllabas vel voculas in Cantu uſurpatas, quarum in qualibet clave, vel duæ vel tres efformari (pro diverſitate) poſſunt, de quibus habeto Caput ſequens.

CAPUT II.

De Vocibus.

VOx eſt ſyllaba, quâ Clavium tenor cantando exprimitur. Voces autem in ſeptem Clavibus efformandæ ſunt ſex: ut, re, mi, fa, ſol, la, quarum quælibet in qua Clave efformanda ſit, docet ſequens brevis Tabella, quæ aliàs ſcala muſicalis appellari ſolet.

In	G	——— ———	ſol, re, ut.
	F	——— ———	fa, — ut.
	E	——— ———	la, — mi.
	D	canitur. —	la, ſol, re.
	C	——— ———	ſol, fa, ut.
	B	——— ———	fa, ♮ mi.
	A	——— ———	la, mi, re.

Ex his vocibus præcipuè obſervandæ ſunt hæ duæ, mi & fa, in Clave b & ♮ quæ in cantu maximè diſtinguunt: & niſi curioſè advertantur, non modo tædioſam diſſonantiam creabunt; ſed & totum cantum turbabunt, juxta tritum adagium:

Mi & Fa eſt tota muſica. Præterea ut eò accommodatius quemlibet Cantum incipias, & abſque errore proſequaris, inſpiciendæ ſunt ſtudiosè Claves, in quibus ut & fa canitur, nempe

Ut in	C, F, G	Fa, in	B, C, F

In his enim quaſi quibuſdam cardinibus omnis Cantus tam b mollaris, quam ♮ duralis & naturalis verſatur, de quibus plura Capite ſequenti.

CAPUT III.

De Cantu.

CAntus eſt apta ſex vocum muſicalium in ſeptem Clavibus, per ſuas aut lineas, aut ſpatia digeſtio. Hic triplex eſt: Durus, Mollis & Naturalis. Durus eſt, qui habet ut, in G ſol re ut: & mi, in b fa ♮ mi; cognoſcitur ex abſentiâ b rotundi. Mollis eſt, qui habet ut, in F, fa, ut:

& fa, in b fa ♮ mi: cognoſcitur ex præſcriptione b rotundi. Naturalis eſt qui neque mollem, neque duram vocem in b Clave attingit, ſed tantum ſex vocibus muſicalibus contentus eſt: incipit enim in C & quieſcit in A; quare ly Naturalis, hic non ſumitur prout diſtinguitur ab artificiali, de quo in Prologo.

Quandoquidem autem Cantus Durus & Mollis intra limites unici ſui naturalis ut, re, mi, fa, ſol, la, ſe ſemper continere non vult, ſed quãdoque vel deorſum deſcendendo, vel ſurſum aſcendendo longius evagari ſolet, ita ut neceſſe ſit vocem mutare, hinc Caput ſequens.

CAPUT IV.

De Mutatione.

MUtatio eſt vocis in aliam vocem, in eadem clave, uniſona variatio.

Hæc ad ſolmiſationem perquam neceſſaria eſt, ſiquidem ob vocum

pauci-

paucitatem & clavium pluralitatem novimus esse repertam. Dixi ad solmisationem, quem terminum ut intelligas, scias solmisare nihil aliud esse, quam modulando voces: ut, re, mi &c. syllabatim exprimere. Fit autem hæc mutatio, quando Cantus ultra vocem *la* ascendit, aut ultra vocem *ut* descendit; habetq; sex Regulas.

I. REGULA.

OMnis mutatio ascendendo fit per re, descendendo verò per la.

II.

Propter unam notam ascendentem super la, non fit mutatio; sed semper fa in ea est leniter cantandum, nisi Mi durum, quod hoc signo ♮ significatur, assignatum sit.

III.

Non descendimus à voce fa, in vocem mi: neque à voce mi, in vocem fa ascendimus per quartam aut quintam; sed à voce fa, in vocem fa, & à voce mi in vocem mi.

Huc

Huc pertinent intervalla in Cantu maximè observatu necessaria.



Quorum quidem primum unisonus, non est propriè intervallum; eò quod non sit ibi acuti gravisve soni distantia; connumeratur tamen intervallis, quia est eorum principium, sicut unitas numerorum; duo verò postrema, scilicet Nona & Decima, vel nunquam, vel certè rarò in Cantu plano occurrere visa sunt.

EXERCITATIO BREVIS.



IV.

In Cantu Duro tribus mutamus Clavibus, ſcilicet, a, e, & d.

In a & d, ſumimus re aſcendendo;


In a & e, ſumimus la deſcendendo.

Tabella ſive Scala Cantus Duri.

In cantu Duro ſemper canimus,

		Aſcendendo.	Deſcendendo.
In	G.	ut	ſol.
	F.	fa	fa.
	E.	mi	la.
	D.	re	ſol
	C.	ut	fa.
	B.	mi	mi.
	A.	re	la.

Praxis in Cantu Duro.



V.

In Cantu Molli ſimiliter tribus mutamus Clavibus, ſcilicet, in d, g, & a.

In

In d & g, ſumimus re aſcendendo:
In d & a, ſumimus la deſcendendo.

Tabella ſive Scala Cantus Mollis.

In Cantu Molli ſemper canimus,

		Aſcendendo,	Deſcendendo,
In	G.	re	ſol.
	F.	ut	fa.
	E.	mi	mi.
	D.	re	la.
	C.	ut	ſol.
	B.	fa	fa.
	A.	mi	la.

Praxis in Cantu Molli.



VI.

In Cantu naturali prorſus nulla fit mutatio, quia perpetuò in ſex vocibus verſatur.

CAPUT V.

De Tonis.

TOnus hoc loco, nihil aliud est, quam regula & dispositio, secundum quam Cantus suum cursum, naturam & melodiam dirigit: totius enim cantus natura, melodia & solmisatio ex Tono accipienda est. Plurimum ergo interest Cantori cujuslibet cantûs tonum sive modum perspectũ habere, antequam eundem quis incipere & artificialiter modulari aggrediatur.

Toni autem secundum Ordinis nostri Seraphici normam usitati sunt octo; atque illud non incongruè: nam sicut octo partibus orationis, omne, quod dicitur, comprehendimus: sic octò tonis, omne quod in Psalmodiis canimus, moderamur. Ex quibus primus convenit cum sexto: & secundus cum octavo, & in Psalmis etiam cum quinto. Cognitio autem horum octo tonorum duobus his continetur versibus:

Pri: re la, Se: re fa, Ter: mi fa, Quart. quoque mi la.

Quint: fa fa, Sext: fa la, Sept: ut sol, Oct: tenet ut fa.

Hoc est, primus tonus cognoscitur ex vocibus seu notis re la: secundus, ex re fa, & sic de cæteris. Quod ut clarius intel-

ligas,

ligas, adverte quòd harum notarum prima quærenda ſit in fine Antiphonæ, ſive Cantus; eſt enim illius ultima: deinde conferenda cum primâ quæ eſt in Evovae, ſive breviuſcula melodia, quæ in divinis Canticis fini ſubjungitur; Evovae autem, omiſſis conſonantibus, sEcVlOrVm AmEn deſignat.


Exemplum.



MVSICES CHORALIS MEDULLÆ FINIS.

TONI COMMVNES.



17
Toni Psalmorum.
1 Re, la
6 fa, la
Dixit dominus domino meo.
2 Re fa
8 ut fa
Dixit dominus domino meo.
3. Mi fa
Dixit dominus domino meo.
4 Mi la
Dixit dominus domino meo.
5 fa fa
Dixit dominus domi no meo.
7 ut sol.
Dixit dominus domino meo.
In Do minici per an num.
In exi tu Isra el de Ægypto.



Toni ad Magnificat.
1
Re,la
6.
fa,la
Magnificat.
2.
Re,fa
8.
ut,fa
Magnificat
3.
Mi,fa
Magnificat
4.
Mi,la
Magnificat
5.
fa,fa
Magnificat
7.
ut
sol.
Magnificat
Toni super cant: Benedictus.
1.
Re,la
6.
fa,la.
Benedictus dominus deus Israel
2.
Re,fa
8.
ut,fa
Benedictus dominus deus Israel
3.mi,fa.




In matutinis Hebdomadæ maioris canitur Benedictus in primo tono Psalmorum.

Toni ad Benedicamus in vesp: et laud:





In dominicis et Semidupl.
Benedi ca mus do mi no
In simplic ibus.
Benedicamus do mi no.
In ferialibus.
Benedicamus domino.
In festis Bm̃æ V. et per oct: eorum.
Be nedicam9 do mi no
In festo Paschatis et duabus ferijs sequentibus, nec non in sabbatho septuagesimæ.
Bene dicam9 domino Alle lu ia Al le luia
Infra


Infra oct: Pasch: in Semiduplicib, usque ad vesp: sabbathi exclusive.




Per tempus Pasch: diebus dominicis et semidupl: item dominica Lætare




Ante lectionem breuem in Primâ; ad Completorium; et ante lectionē mensalē; nec non ante lectiones in matutinis q̄do cantantur.



In Completorio post lectionem breuem; ante gratias in Refectorio et post lectiones in Matutinis quando cantantur.




Tonus claudendi Seu finiendi lectiones quādo in fine non additur: Tu autem Domine etc.



Sic etiam finiuntur Psalmi, quando non habēt Gloria Patri, vel: Requiem æternam, eti...

Toni per annum ad Hymnum. Te lucis ante terminum, hymnis paruarum horarum (si cantentur:) applicandi.


Tempore Aduentus.



A Natiuitate domini usq; ad Epiph: et in festo omniū SS^rum ac per eius oc:




In Epiph: dñi et per octauam.




A Sabbatho

A Sabb: Dñicæ primæ quadrag: vsque ad dñicam passionis.




A dñica Passionis vsq; ad Feriã quartam maioris Hebdomadæ




A Dñica in albis vsque ad Ascension=




24 Ab Ascensione dñi vsque ad Pentecosten



In festo Pentecostes et per octauam




In festo Ven: Sacramenti et per octauã




In festis


In festis B: Virg: et per oct: eorum.



In festis Ordinis et per oct: eorum



Tonus communis per annum.



Per annum




Gloria Patri ad Reſponſoria.


1
Glo ria Patri et fi li o
et spiri tu i san cto.
2
Glo ri a Patri et fi li o et
spiri tu i san cto.
3
Glo ri a Patri et fili o.
et spiri tu i san cto.
4
Glori
Patri et fi li o
et spi ri tu i san cto.
S. Gloria


5.
Gloria Patri et Fili o
et spi ri tu i san cto.
6.
Glo ria Pa tri et Fi li
o et Spiri tu i san cto.
7.
Glo ri a Patri et Fili o, et
Spiri tu i san cto.
8.
Glo ri a Pa tri et Fi li o.
et spiri=


et spiri tu i san cto.
Gloria Patri ad Introitum.
1.
Gloria Pat:etc:spiri tu i sancto.
2.
Gloria Pat:etc spiri tu i san cto.
3.
Gloria Pat:etc. spiritu i sancto.
4.
Gloria Pat:etc.spiritu i sancto.
5.
Gloria Pat:etc spiritui sancto.
6.
Gloria Pat:etc. spiritui sancto.
7.
Gloria Pat:etc. spiritui sancto.
8 Gloria



Gloria in Excelcis Deo.




Credo.
Credo in vnum Deum.
Ite Missa est.
Dupl: ma:
I te mis sa est.
Dupl: min:
I te missaes
Semidupl: ma
I te missa est.
Semidupl: mi
I te mis sa est.
Dominicale.
I te mis sa est.
De Domina
I te missa est.



Benedicamus in Missis.

In vigilia natiuitatis Dñi et festo SS. Innocentium si cadant extra Dñicam.



In missis Defunct:

In Quadr: post orem:

In 4. Temporibus

In exposit: Ven: Sacra:

In Impos:


In Exposit: Ciborij.

In Impos: Ven: Sacra: post Compl.




Aduertendum est, quod in Expositione Venerabilis Sacramenti regulariter cantetur Tantum ergo: et in Impositione: Genitori: Particulariter autem in quibusdam festis canuntur versus sequentes.

A Natiuitate Dñi usq; ad Epiphaniam.




In Expos: Memen to rerum con di tor
In Impos: Ie su ti bi sit glo ri a.

In Epiphania Dñi, et per oct:




In Expos: Ibant Magi quam viderant
In Impos: Ie su ti bi sit glo ri a

In Paschate usq; ad Ascensionem.



In Expos: O vera cœ li vic ti ma
In Impos: Deo Pa tri sit glo ri a.


In Ascensione vsq; ad Pentecosten. 35



In Expos: Te co gat in dul gen ti a.
In Impos: Tu dux ad as traet se mi ta.


In ly Astra prima syllaba non habet fa et re; sed tantum fa, et secunda habet re, quare in cantu non debet fieri eius elisio propter sequentem vocalem, sed perfecta expressio.

In Pentecoste et per oct:



In Expos: Te nunc Deus pijs si me.
In Impos: De o Patri sit glori a.

In festis B: Virginis.



In Expos: Me men to rerum con di tor
In Impos: Ie su ti bi sit glo ri a.

Aduer:

Advertendum prætere a eſt quod in Impoſitione Venerabilis Sacramenti , nunquam cantentur ultimi verſus ſuprapoſiti, quando venerabile ex navi Eccleſiæ deportatur ad chorum, ut imponatur tabernaculo (quod communiter ſolet fieri poſt Completorium) ſed tunc ſemper cantatur: *O quam ſuavis eſt.* Ad initium proceſſionum cum Venerabili Sacramento extra Eccleſiam ſemper canitur Antiphona: *O ſacrum Convivium.*




HYMNI

QUI IN PROCESSIONIbus Feſtorum Ordinis, ac Feſtis Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli cantantur.

In



Nil canitur suavius,
  Nil auditur jucundius,
  Nil cogitatur dulcius,
  Quam Iesus Dei filius.
Iesu spes pœnitentibus,
  Quam pius es petentibus!
  Quam bonus te quærentibus!
  Sed quid invenientibus?
Nec lingua valet dicere,
  Nec littera exprimere,
  Expertus potest credere,
  Quid sit Iesum diligere.
Sis Iesu nostrum gaudium,
  Qui es futurus prœmium,
  Sit nostra in te gloria,
  Per cuncta semper sæcula. Amen.
  Si non sufficiat, assumatur Hym. ex Laud.




Hi ſunt quos fatuè mundus abhorruit.
Hunc fructu vacuum, floribus aridum
Contempſere tui nominis aſſeclæ
Ieſu Rex bone cœlitum.
Hi pro te furias, atque minas truces
Calcarunt hominum: ſævaque verbera,
His ceſſit lacerans fortiter ungula,
Nec carpſit penetralia.
Cæduntur gladijs more bidentium,
Non murmur reſonat, non querimonia,
Sed corde impavido, mens bene conſcia,
Conſervat patientiam.
Quæ vox, quæ poterit lingua retexere,
Quæ tu martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido ſanguine fulgidis
Cingunt tempora laureis.
Te ſumma ô Deitas, unaque poſcimus,
Vt culpas abigas, noxia ſubtrahas.

De

Des pacem famulis, ut tibi gloriam
Annorum in seriem canant.

In festis Confessorum. 39



Si non est dies obitus dicatur: supremos
laudis honores.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobriam duxit sine labe vitam,
Donec humanos animavit auræ
Spiritus artus.

Cuius ob præstans meritum frequenter
Ægra quæ passim jacuere membra,
Viribus morbi domitis, saluti
Restituuntur.

Noster hinc illi Chorus obsequentem
Concinit laudem, celebresque palmas,
Vt pijs eius precibus juvemur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui super cœli solio coruscans
Totius mundi seriem gubernat
Trinus, & unus, Amen.

40 In festo S. Antonij de Padua.



Francisci Patris æmulus,
Sic illi se contemperat,
Vt fonte manans rivulus,
Aquas vitæ circumferat.
Longè latèque diffluit,
Sitique mortis aridos
Verbo salutis imbuit,
Dans rore sacro vividos.
Hic stigmatum qui bajulo
Patri natus innititur.
Dum prædicat de titulo,
Confixus ille cernitur.
Sub tanto duce militans,
Vincendo se non vincitur,
Duci miles cohabitans,
Iam bello non concutitur.
Nos in campo certaminis,

Patrum

Patrum zelantes gloriam,
Hic ſub re noſtri nominis,
Vincamus ignominiam.
Præſtet hoc nati genitor,
Hoc genitoris genitus,
Ac par utrique conditor
Paraclitus hoc Spiritus. Amen.



Pauperum primogenita,
Dono cœleſti prædita,
Obtinet ſupra merita

Præmia vitæ reddita.
Novum ſidus emicuit,
Candor lucis apparuit,
Nam lux, quæ lucem influit,
Claram clarere voluit.
Claris orta natalibus,
Necdum relictis omnibus,
Vacat plenis affectibus,
Pietatis operibus.
Sub paupertatis regula,
Patris Franciſci ferula,
Clara Chriſti diſcipula
Luce reſperſit ſæcula.
Mundus & caro vincitur,
Matri Chriſti connectitur,
Chriſto prorſus innititur,
Pauperem pauper ſequitur.
Spretis nativo genere,
Carnis & mundi fœdere,
Clauditur velut carcere,
Dives ſuperno munere.
Clauditur velut tumulo,
Nequam ſubducta ſæculo:
Patet in hoc ergaſtulo
Solùm Dei ſpectaculo.
Tegmina carnis vilia,
Urgens famis inedia,
Arcta quoque jejunia
Præſtant orandi ſpatia.

Virgînis huius merito
Laus Patri ſit ingenito,
Gloria unigenito,
Virtus ſumma Paraclito. Amen.



Hoc in monte vir devotus
Specu ſolitariâ
Pauper, à mundo ſemotus
Condenſat jejunia:
Vigil, nudus, ardens totus,
Crebra dat ſuſpiria.
Solus ergo clauſus orans,

Mente ſurſum agitur,
Super geſtis crucis plorans
Mœrore conficitur:
Cruciſque fructum implorans:
Animo reſolvitur.


Ad quem venit rex è cœlo
Amictu ſeraphico:
Sex alarum tectus velo,
Aſpectu pacifico:
Affixuſque crucis telo,
Portento mirifico.

Cernit ſervus Redemptorem,
Paſſum impaſſibilem,
Sæclorum imperatorem
Tam pium, tam humilem,
Verborum audit tenorem
Viro non effabilem.

Vertex montis inflammatur
Vicinis cernentibus:
Cor Franciſci transformatur
Amoris ardoribus,
Corpus vero mox ornatur
Mirandis ſtigmatibus.

Collaudetur crucifixus,
Tollens mundi ſcelera,
Quem laudat concrucifixus,
Crucis ferens vulnera,
Franciſcus prorſus innixus
Super mundi fœdera, Amen.

In Festo S.P.N. Francisci.



Spoliatis Aegyptijs,
Transit dives, sed pauperis,
Nec rem, nec nomen perdidit,
Factus felix pro miseris.
Assumptus cum Apostolis,
In montem novi luminis,
In paupertatis prædijs,
Christo Franciscus intulit.

Fac tria

Fac tria tabernacula,
Votum ſecutus Simonis:
Quem huius non deſeruit
Numen vel omen nominis:
Legi, Prophetæ, gratiæ
Gratum gerens òbſequium,
Trinitatis officium
Feſto ſolemni celebrat.
Dum reparat virtutibus
Hoſpes triplex hoſpitium:
Et beatarum mentium
Dum templum Chriſtò conſecrat.
Domum, Portam & tumulum
Pater Franciſce viſita,
Et Hevæ prolem miſeram
A ſomnò mortis excita. Amen.

HYMNUS
IN FESTO S. PETRI de Alcantara.

PEtre Sol terris oriens Iberis,
Lucis ut ſpargas radios per orbem,
Quas tuo læti canimus triumpho,
Suſcipe laudes.

Per te in antiquos renovata mores
Clara Franciſci ſoboles niteſcit,
Creſcit & virtus rediviva largo
Munere cœli.

Omne quod vitam maculat peroſus,
Mente conſtanti pereuntis ævi
Deſpicis pompam , precibusque placas
Numinis iram.

Artubus caſtis nimium ſeverus
Te fame, & diris crucias flagellis,
Sternis & noctu fatigata duro
Stipite membra.

Dignus hinc celſas habitare ſedes

Sæp


Sæpè ſublimis volitare in altum
Viſus, & mundi fugiens tumultum,
Proximus aſtris.

Nunc preces audi, gemitusque noſtros,
Integros nobis ſine labe mores,
Et tuos noſtris animis ſalubres
Ingere ſenſus.

Annuat rerum Sator, & perenne
Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi Flamen, Deus unus omni
Tempore ſæcli.

Amen.


In Processione men st: Archicon:



Plaudat frater, regnat Pater
  Concivis cœli civibus:
  Cedat fletus, psallat cœtus,
  Exultet cœlum laudibus.
Demptum solo, datum polo
  Signorum probant opera:
  Ergo vivit, nam adivit
  Æterna Christi munera.
Pro terrenis votis plenis,
  Reportat dona gloriæ:
  Quem decoras, quem honoras,
  Summæ Deus clementiæ.
Hunc sequantur, huic jungantur,
  Qui ex Ægypto exeunt;
  In quo duce, clarà luce,
  Vexilla regis prodeunt
Regis signum ducem dignum

Inſignit manu, latere,
Lux accedit, nox recedit,
Jam lucis orto ſidere.
Eſt dux fidus, clarum ſidus
Ducit, relucet, devia
Devitando, demonſtrando
Beata nobis gaudia.
Mina gregem dux ad regem
Colliſor hoſtis callidi,
Nos conducas, & inducas
Ad cœnam agni providi. Amen.

48 In festo, S. Didaci.



Deſerta dum petit loca,
Corpuſque caſtigat ſuum,
Perfundit illum largius,
Cœleſtis imber gratiæ.
Sublime mox ſcandit jugum
Franciſci iter per arduum,
Et ſancta per veſtigia,
Sequi arctius ligat Deo.

Immun-

Immunda quidquid appetit,
Miratur & quidquid caro,
Calcat, relinquit, negligit,
Lucretur ut Christum sibi.
Iesu, tibi sit gloria,
Qui magna solus efficis,
Cum Patre & almo Spiritu,
Per sæculorum sæcula. Amen.

Si in Festo S. Claræ servetur Processio, cantatur Hymnus Concinat Plebs &c. *secundum Tonum immediatè supra Fallacis &c.*

Eodem Tono cantatur Hymnus : Proles de cœlo &c. *de S. Francisco ex 1. vesperis.*



O Sorte nupta prospera,
Dotata Patris gloria,
Respersa sponsi gratia,
Regina formosissima,
Christo jugata principi.
Cœli corusca civitas.

Hic margaritis emicant,
Patentque cunctis ostia:
Virtute namque prævia
Mortalis illuc ducitur,
Amore Christi percitus
Tormenta quisquis sustinet.

Scalpri salubris ictibus,
Et tunsione plurimâ,
Fabri polita malleo,
Hanc saxa molem construunt,
Aptisque juncta nexibus,
Locantur in fastigio.


Decus parenti debitum
Sit usquequaque altissimo,
Natoque patris unico,
Et inclyto Paraclito,
Cui laus, potestas, gloria
Æterna sit per sæcula Amen.


Quodcunq; in or be nexibus revinxeris, erit
revin ctum Petre in ar ce side rum, et quod
re solvit hic po tes tas tradita, erit solutum
coeli in al to ver ti ce, in fine mundi,
iu di ca bis sæculum.
Patri per en ne sit per æ vum glori a,
ti bi que lau des conci namus in cly tas
æ ter ne nate, sit super ne spi ri tus
honor



52
honor ti bi decus que, sancta iugiter lau=
detur omne Trinitas per sæculum. A men.
In Conuersione S. Pauli ad vesp:
E gregi e doctor Paule mores instrue,
et nostra te cum pectora in coe lum trahe,
ve la ta dum meri di em cer nat fides
et solis in star sola reg net cha ritas
Sit Tri ni tati sempi ter na glori a,
honor, po=


53
ho nor, po tes tas, at quæ iu bi la ti o,
in v ni ta te quæ gu ber nat om ni a,
per v ni uer sa æter ni ta tis sæ cula.
In festo SS. Petri et Pauli ad vtrasq; vesp.
De co ra lux æter ni ta tis, au re am
di em bea tis ir ri ga uit ig ni bus,
a pos to lorum quæ coronat princi pes
re is que in as tra li beram pandit vi am
Mundi


Mundi magister, atque coe li ianitor,
Romæ parentes, ar bi tri que gen ti um,
per ensis il le, hic per crucis victor necem
vi tæ se natum laure a ti pos si dent.
O Ro ma foelix quæ duo rum principũ
es consecrata glo ri o so sanguine,
ho rum cru o re pur pura ta coe te ras
ex cellis or bis v na pul chri tu di nes.
Sit




Hymnus in festo S.Petri ad vincula.



6




vi tæ re du dit pas cua, et fontes sacros



oues que seruat creditas, arcet lupos.
Patri perenne sit per æuum gloria,
tibique laudes concinamus inclitas,
æterne nate, sit, superne spiritus,
honor tibi decusque, sancta iugiter
laudetur omne Trinitas per sæculum.

Tonus Quadragesimalis De Communi Confessorum.



Is te con fes sor domi ni, colentes quem



pi e laudant popu li per orbem, hac




die lætus meruit be a tas scandere sedes.

Reliqua vide supra de Communi Confessorum.

Nonnullæ Antiphonæ,

quæ cum in Choro, tum in processionibus cantantur.

hæc


57
Hæc est præclarum vas Para=
cleti Spiritus sancti hæc est
glorio sa civitas De i hæcest
mu li er vir tutis quæ contrivit
caput serpentis hæc est sole
Specio sior luna pulchri or
aurora


58
aurora ruti lanti or stellis præ=
cla ri or hanc pecca to res
devote a de amus re a pectora
tunda mus di. cen tes sancta
Sancta Sanc ta Maria
clemens et pia Do mi na
nostra


no stranos a pe ste et su=
bi tanea mor te et ab o mni
tribula ti o ne sanctis tuis
pre cibus li be ratos fac con=
sortes coe lestis glo=
ri æ Alle lu ia


60
Stella coeli extirpavit quæ lacta=
vit Dominum mortis pestem quam
plantavit primus parens homi=
num. Ipsa stella nunc di gnetur
si de ra compescere quorum bella
plebem cædunt diræ mortis ulce=
re


re. O pijs sima stella maris à
peste et morbo Epi di mi æ suc=
cur re nobis audi nos audi nos
au di nos domina Ma ri a nam
te filius nihil negans honorat.
Salva nos Salva nos Salva nos


62
Iesu pro quibus virgo mater te
o rat.
Pec ca tis nostris indigna=
ti o nem tuam meru i mus Do=
mine ut morti feræ pestilita tis
territi contagi o iu ste con=
tre


tremis camus sed in ter ces si o ne
bea tæ semper virginis Mari æ
Sanctorumque tu o rum Francis =
ci, Sebastiani, An tonij
Christophori at que Rochi placatus
mala quibus affli gi mur cle men =
ter a verte. Ex au di nos et
mise =


miſe re re populo tu o O ad
o rande plasmator Ex au di
nos et miſe re re populo tuo O
pij s sime Redemptor Ex au di nos
et miſe re re populo tuo O mi-
se ri cors et miſerator et iu=
ste.


ste do mi ne Deus no ster.
O sa crũ con vi vi um, in quo
Christus su mi tur re co li tur me
mo ri a passi o nis e ius mens
im ple tur grati a et fu tu ræ
glo ri æ no bis pi gnus da tur Al le


le
Sancta Mari a succur re mi=
se ri siu va pusilla ni mes re fo
ve fle bi les o ra pro po pu lo
inter ve ni pro cle ro inter ce=
de pro de vo to foemine o se=
xu


xu sentiant omnes tuum iuva men
quicunque cele brant tu am Sanctam
commemora ti o nem.
Petrus a postolus et Paulus
Doctor gentium ip si nos do cu=
e runt legem tu am Domine.
Salve



68
Sal ve san cte Pa ter pa tri æ lux
for ma Mi no rum vir tutis speculum
re ctivi a re gu la mo rum carnis
ab e xili o ducnos ad re
gna po lo rum .
Da pacem domine in di e bus nostris
quia


quia non est a li us qui pugnet pro
nobis ni si tu De us no ster.
O sa lu ta ris Hostia, quæ coeli
pandis o stium: bel la premunt ho sti
li a, da ro bur, fer au xi li um.
In Impositione eiusdem canitur
Vni trinoque Domino. etc.
O quam su a vis est Do mi ne


Spi ritus tu us qui ut dulce di nem
tu am in filios demonstrares
pa ne Suavis si mo de cæ=
lo præstito e suri entes re ples bo=
nis fastidio sos di vi tes
di mit tens in a nes.
℟ Respon


Libera me Do mi ne de morte
æ ter na in di e il la tremenda
Quando coe li mo vendi sunt et
ter ra: Dum ve ne ris iu di
ca re sæ culum
per i gnem ℣ Tremens factus
sum



sum e go, et ti me o, dum discus-
si o ve nerit atque ven tu ra
i ra Quando ℣ Di es il la, di es
i ræ, calami ta tis et mi se=
ri æ, di es magna et a ma ra
val de. Dum ℣ Re qui em æ ter nam
dona



Dum cantatur dictũ Responsoriũ Sacerdos Acolytho seu Diacono ministrante, accipit incensũ de navicula et ponit in thuribulum, et finito Responsorio, Cantor intonat.



Reuertendo ad Chorum canitur sequens Responsorium




ciat me vi sus homi nis
Deprofun dis clamavi ad te Do=
mi neDomineexaudi vocem
me am Nec asp Re qui em
æ ternamdona e is Domi ne
et luxperpe tu a lu ceat
e is Nec asp.

MODVS LEGENDI AD MENSAM.

REGVLA PRIMA DE LEctore.

LEctor Litterarum ſcientiâ debet eſſe inſtructus, ut ſenſum verborum intelligat, vim accentuum ſciat, diſtinctè legat, ne confuſione prolationis intellectum auditoribus auferat. Attendat quid indicativè, quid imperativè, quid interrogativè legendum, ubi ſit in oratione facienda diſtinctio. Hæc enim malè ſervata intellectum perturbant, tædioſumque auditorem reddunt, imo & ſæpe lector confuſus abſcedit.

REGULA II.

De modo legendi in generali.

SIngulæ dictiones æquali ſono & diſtinctione, debitâ cum gravitate ſunt legen-

dæ, nec aſcendendum, nec deſcendendum per alterationem vocis in pauſis & periodis. Summopere vitandum eſt, ne unius dictionis ſyllabæ per reſpirationem ſeparentur. Legatur autem unâ voce & virili, non tamen clamoroſâ, ſed ſuavi & canorâ.

REGULA III.

De varietate Pauſarum.

UT lectio clarior ſit ipſis auditoribus, & lectori, animadvertendum eſt ex ipſa Sententia lectionis, quo loco ſit neceſſarium facere comma, colon, aut periodum.

Si oratio prolixior eſt, expedit variare accentum. Videlicet ut nunc gravis, nunc acutus fiat accentus; ne continuò in pauſis ultimam ſyllabam deprimendo gravem, aut elevando acutum reddamus accentum. Varietas enim multum habet & venuſtatis & jucundiorem facit lectionem.

Commodior erit lectio, ſi pauſa penultima acutum habeat accentum, niſi æquali vel uniſono modo velis pauſam exprimere.

Item multa potius ipsâ conſuetudine & uſu diſcuntur, videlicet ubi ſit accentus acutus (´) vel gravis (`) faciendus inter legendum, quæ regulis ſubſcriptis ad longum non poſſunt omnia deſcribi. Videtur

tur tamen consuetudine ferè receptum à peritioribus, ut ubi sensus requirit (:) colon, cum scilicet est semiplenus, fiat accentus acutus ; cum autem minus plenus est, ita ut postulet distinctionem illam quam Typographi vocant mediam notam sive semicolon (;) fiat accentus gravis , & dum est simplex, sine accentu unisonè pausetur, nisi sensus nimium sit prolixus. Quotiescunque varia in eadem periodo membra occurrunt, solet per pausas, & non per tonos distingui, quamvis nec hæc semper serventur, nec plerique libri ita distinguantur. Qui peritus & attentus est lector, ex ipso sensu qualiter etiam secundum artem sit distinguendum, facile deprehendet, Observatur etiam ferè ut quando finis sententiæ deprimitur, penultimus accentus sit acutus, quando autem vel in medio vel in fine est acuendum, ut cum est Monosyllabum vel peregrinum, accentus proximè præcedens gravetur, ita ut grata semper servetur varietas.

REGULA IV.

De Accentu.

ANimadvertendum quod triplex est accentus, acutus scilicet, gravis & circumflexus. Acutus fit per elevationē vocis, ut in prima syllaba huius dictionis : Dñs

Gravis fit per inclinationem vocis, ut in duabus illis syllabis dictionis Domi= nus. Circumflexus fit partim per eleva= tionem, partim per inclinationem ut in dictione Amare, sed hic accentus in nostra lectione minime servatur.

Exemplum de communi lectione, quæ cum nota in choro, aut refectorio legitur absque Monosyllabis aut vocabulis peregrinis.





Regula quinta de Monosyllabis et alijs quibusdam.

Deinde considerandum est, cum in ora=tione Monosyllabū occurrit, an sit partiū declinabilium, an non. Pro cuius intellec=tu partes orationis in duas partes dividun=tur scilicet declinabiles et indeclinabiles. Excemplum de Monosyllabis declina=bilibus lex, fex, da, sto etc. de indeclinabili=bus: dum, cum, per, trans, heu etc. Advertendum itaque in primis quando Mono=

Monoſyllabum in oratione occurrit, an ſit partis declinabilis, an indeclinabilis, & hoc in locis ubi eſt pauſa facienda, ibi habet hoc locum, in multis enim non habet, unde nota regulas ſequentes.

1. Omnis dictio monoſyllabica, ſive ſit declinabilis, ſive indeclinabilis, poſita ultimo loco, in medio, ſive ubi ſit pauſa facienda, aut acuitur, aut æqualiter legitur cum præcedentibus ſyllabis, nunquam gravatur.

2. Omne monoſyllabum qualecunque ſit, poſitum ultimo loco, ubi completur ſententia, ſemper acuitur. Exemplum de utraque regula: Abſcondi faciem meam parumper à te, eò quòd non dilexeris me. In hac ſententia, Te, in medio, & Me, in fine acuuntur, ſed alio, atque alio modo ſive Tono.

3. Si monoſyllabum ponatur fermè ante finem, ubi completur ſententia, ſi eſt declinabile, acuitur, ſi indeclinabile, gravatur; & hoc tribus modis conſiderari poteſt.

Primo ſi monoſyllabum ponatur ante quæcunque monoſyllaba, quæ in ultimo loco ſunt poſita, ſi eſt declinabile, acuitur: Exemplum, Ego ſum qui ſum, ubi primum ſum acuitur. Si eſt indeclinabile gravatur. Exempl. Ille non eſt hic, ibi Non, gravatur.

Secundò, ſi Monoſyllabum poſitum eſt ante dictionem habentem duas ſyllabas. Exempli cauſa; hic non eſt eius, ibi, eſt acuitur, quia declinatur, ſi verò non declinatur, gravabitur, ut: ipſe autem dicebat, tecum non ibo, ibi ly, Non, gravatur.

Tertiò, ſi ponatur Monoſyllabum ante dictionem tres ſyllabas habentem, quarum primam velut longam pronunciamus, & duas ſequentes velut breves, ut in illa dictione Dominus, ſi inquam Monoſyllabum ſic poſitum ſit declinabile, acuitur, ut: Ego ſum Dominus, ibi, ſum acuitur: ſi eſt indeclinabile gravatur, ut: audivi eum dîcentem, ecce cras veniam, ibi cras gravatur.

Prædictæ regulæ etiam ſunt intelligendæ de dictionibus barbaris, Hebraicis. &c. quæ acuunt ultimam, ſi prædictis modis ante finem ponantur. Quando verò hujuſmodi Monoſyllaba cum alijs componuntur, nullo modo acuuntur ratione Monoſyllabica ratio eſt. quia tunc Monoſyllabica eſſe deſinunt. Exempl. Deſum, dees deeſt, defuit, abes, abeſt, &c. hujuſmodi, in ultima gravantur.

Ab hac regula excipiuntur compoſita à fio in ſecunda & tertia perſona ſingularis

nume-

numeri, scilicet calefis, calefit, frigefis, frigefit, tepefis, tepefit. Similiter malefac, benefac, prædic, contradic, produc: etc. huiusmodi acuunt ultimam. Item Diij, ij, hinc, hi, acuuntur more nostro sicut monosyllaba.

Sequuntur exempla de prædictis Monosyllabis et aliis.




Cras veniam Ego ipse desum, quando
ipse deest cum Magister abest, etiam
Discipuli plerumq; desunt Manus tua
Calefit, veruntamen caput tuum frigefit.
Benefac proximo Pedes tuos calefac, Et
quæ narravi prædicilli Introduc eum
Isti sunt Dii tui. Pax huic domui
Ibi Propheta Amos erat Et David veniet
regula

REGULA VI.

De Adverbijs.

DIctio, primùm, quando eſt adverbium, acuit ultimam, ut cum dicitur in Regula noſtra, primùm dicant. Item adverbia quædam terminata in C, ut illic, iſthinc, hinc, illinc: Et in N, abin, viden, & cætera correpta acuunt ultimam.

REGULA VII.

De Numeris.

COnſuetudo obtinuit ut in lectione noſtra à decimo uſque ad 17 excluſivè minor numerus præponatur majori, dicendo undecimus, duodecimus, tertius decimus &c. & à 17 uſque ad 20. major numerus præponatur minori, dicendo decimus ſeptimus, decimus octavus &c. licet indifferenter hæc apud doctos reperiantur.

REGULA VIII.

De Quæſtionibus.

SIgna interrogativa ſunt, quis, quæ, quid, cujus, cum reliquis caſibus utriuſque nu-

numeri & omnis generis. Item qualis, quantus, quis, quoties, qui, undè, quando, ubi, putas, quanta, quanti, quantum, quale, qualiter, quatenus, putasne, cur, & hujusmodi, Nota igitur, quod hujusmodi signa tripliciter accipiuntur, scilicet, relativè, interrogativè, & indefinitive. Exemp: de Relativis.

Beati qui audiunt verbum Dei. Exempl. de Interrogativis. Qui sunt isti sermones? Exempl. de indefinitivis. Qui hoc facinus perpetrarint, penitus ignoro. Ecce (Qui) triplicitet acceptum. Indefinita includunt in se exclamationes & admirativas locutiones, licet sæpè propter signa interrogativa videantur esse interrogationes, vel quæstiones. Exempl. O quanta passus est Christus! ô Israel, quam magna est domus Dei! sæpe enim in huiusmodi non apponitur O. Quædam vero ex his dubia sunt, quæ vel admirativè, vel interrogativè legi possunt, ut est illud Ambrosij: quantis hic cæcis à via veritatis aberrantibus amissum reddidit visum? Hujusmodi autem indifferens lectio aut locutio, circumspectum postulat lectorem, sicut & in alijs. Sæpe enim in aliqua sententia est quæstio, in qua tamen nullum signum interrogati-

vum


vum invenirur. Exemplum Iſai. 37. Ecc tu audiſti omnia, quæ fecerunt Reges Aſſyriorum omnibus terris quas ſubverterunt & tu poteris evadere? Et hujuſmodi ſæpius contingunt. Nonnunquam contingit quæſtionem miſceri ijs, quæ dicuntur.

Si itaque quæſtiones ſic inſertæ habuerint poſt ſe alia verba, quæ non ſunt de quæſtione, non eſt ipſa ſententia per modum quæſtionis pronuncianda. Tamen ſæpè ſi ipſa ſententia completur cum ipſa quæſtione quæ allegatur, interrogativè quoque legenda eſt. Exempl. Iſaias dicit. Domine quis credit auditui noſtro, & brachium Domini cui revelatum eſt? Advertat igitur lector quod hujuſmodi & omnia quæ breviter ſunt prædicta diligentem requirant lectorem, ut lectionem quamlibet proferat, ſicut ipſa exigere videtur.


Quando autem in aliqua lectione ipſa interrogatio demum incipit in medio orationis, prior pars gravatur, & incipit interrogatio ſuo loco, ut Saule Saule, quid me perſequeris? Idem fit quando oratio aliqua, licet tota ſit interrogativa, tamen eſt prolixior, ut quare non appenditis argentum veſtrum in panibus, &

et laborem vestrum non in saturitate?
[panibus] gravatur, et interrogatio incipit, et laborem, sicut in exemplo præcedenti.






Argentū veſtrū in panibus et laborem




veſtrum non in saturitate?


Omne quodcunque Monoſyllabum,
Item alia vocabula quæ acutum habent
accentum in ultima ſyllaba, ſi ſint ultimæ
dictiones quæſtionis cuiuſcunq;, habent
duas notas in ultima ſyllaba, aſcenden-
do ex ſa in Sol: ut videre licet in exemp-
lis infra ſcriptis. Cæteræ vero dictio-
nes cuiuſcunq; ſint conditionis, ſi non
acuunt ultimam, unam tantum habent
notam ſuper ultimam ſyllabā quæſtionis



Quo aſcendam? Quid vis? Nunquid non vir



tu es? Quis ſimilis tui Iſrael? Quis es



Domine? Propheta es tu? an non? In

In prima solemni Vigiliæ Nativitatis Domini.



De Tonis Absolutionum Benedictionum, Collectarum et Similium.

Quando Matutinum cantatur. Absolutiones et Capitula canuntur et terminantur in tono feriali; lectionum verò benedictiones in tono lectionis communis mensalis cantantur et concluduntur. Oratio ad


ad Completorium canitur et terminatur in tono feriali, et tunc Sacerdos orationem cantans, Benedicamus in eodem tono dicit: idem tonus servatur in benedictione Candelarum, Cinerum Palmarum, et ignis in Sabbatho sancto In eodem tono cantantur Collectæ post Veni Creator in Investionibus, et professionibus Religiosorum, et in Orationibus post Litanias. Orationes in Missa, Vesperis et Laudibus, ad antiphonas etiam Hæc est etc. Item ad antiphonas ordinis post Completoriũ, maiorem tonum habent, qui et solemnis vocatur.

Exemplum toni solemnis





Exemplum toni minoris seu ferialis.






Iuxta schema positum, quælibet collecta tres habet tonos, quos si ob brevitatem Sacerdos habere nequeat, omisso primo, duobus ultimis utitur: et si longior fuerit ut


ut integra tribus tonis concludi, seu continuo spiritu efferri nequeat, ad distinctiones signatas interdum pausæ fiunt, ne continua tonorum conglomeratio fastidium audientibus pariat. In missa semper integræ et plenæ clausulæ fiunt, et ut ex præcedentibus apparet tribus tonis distinguuntur et terminantur.

Extra horas clausulæ orationum abbreviatæ, quas devotionales vocant, uti post Completorium, ad Antiphonas de sanctis ordinis, nec non ad Laudes B. Virginis, etiam à prædictis differunt iuxta formulam subsequentium descriptionum.


Si tonus Collectæ maior fuerit, uti in oratione, Deus qui salutis etc sic clauditur.








noſtrū·qui vivis et regnas in sæcula



sæcu lo rum · A men ·


Si Tonus collectæ minor ſeu ferialis fuerit, clauſula abbreviata ſic terminatur.



Per Chriſtū Dominum noſtrum Amen

[I]dem tonus ferialis in orationibus, ea=rumque clauſulis poſt Aſperges, Li=[t]anias, et in Benedictionibus ſervatur.

Modus incipiendi horas.



Domine labi a mea aperies Et os meum



annunci a bit laudem tuam · Deus in ad=



De Epistolæ et Evangelij
Tonis.

Schema

 Schema Toni Epistolaris.




Optimum est stabili re cor: optimum
est cor stabili re: Extra portam passus
est. extra portam est passus: Non
venit ad Iesum. Madian et Epha.
Hoc facite in meam commemorationem.
In nomine Domini Iesu Christi.
Schema Toni Evangelij.
Sequentia sancti Evangeli i secun


Lucam. In illo tempore dixit Iesus
Discipulis suis. Dixit Ieſus Petro,
Sequere me. Liber generati o nis
Iesu Christi fili i David, fili i
Abraham vigilate: Dominus vester
venturus est. Et vocatum est nomen
eius Iesus. Quid statis otio si?
Tu solus peregrinus


99
in il la tis di ebus? Quibus ille dixit,
Quæ? Noli te timere pusillus grex,
Qui a compla cu it Patri dare
vobis regnum. In nomine Do mini
Iesu Christi.

DE
PSALMODIA
RITE ORDINANDA

NIhil adeò ædificat, & ſervorum Dei religioſitatem commendat, quam devota & ordinata divini officij perſolutio, prout teſtatur S. Bonaventura inquiens: Cura officij diligens, maxima ſtatus integritas; neglectus officij, maxima vitæ corruptio, maxima religionis deformitas.

Nemo ſe Dei exiſtimet ſervum, ſi Dei potiſſimam negligat ſervitutem, quæ appropriato vocabulo Dei ſervitium nominatur. Unde in divino officio non parvi pendendus eſt ordo; ſed curandum magnoperè, ut tantò diligentius, ornatiùs & honeſtius

ſtius peragatur, quantò id immediatius Deo exhibetur. Ad ordinatam autem decentemque divini officij perſolutionem Patres noſtri antiqui ſequentes qualitates exegerunt.

Primò ut cantetur & legatur urbaniter, eleganter, honeſtè & cum gravitate; quæ omnē in motu membrorum (ſive capitis in circumagendo, ſive oculorum in circumſpiciendo, ſive manuum in fricando, vel volvendo curiosè librorum folia, aut aliud ſuperfluè faciendo, ſive pedum in diſcurrendo, ut ſi quis oratorium frequenter exeat, aut per chorum frivolis occaſionibus inventis diſcurrat) inquietudinem excludit.

Secundo, integrè & perfectè, ne una etiam ſyllaba ſorbeatur. Æqualiter, menſuraliter & quadratè, ne una ſyllaba magis protrahatur, vel diminuatur, quàm altera, nam hic

omnes

omnes sunt æqualis mensuræ, exceptâ primâ syllabâ versus, & prima post quamlibet pausam, quæ parum saltem protrahatur, absque eo quod notabiliter advertatur. Et hoc ideo, ne unus alium antevertat, sed chorus totus eò melius simul & æqualiter versum prosequi possit; nam ita concorditer legendum est, ut voces omnium una vox esse putetur, quod fieri non poterit, si in prima syllaba non omnes conveniant, antequam ad secundam procedatur. Si tamen quis solus legat, prima syllaba non est protrahenda. Quia vero in rubricis generalibus Breviarij de Psalmis tit. 22. in novo Breviario additus est numerus 8. sc. ut sacræ vulgatæ editionis puritas inconfusa & illibata servetur, etiam quoad interpunctiones, & distinctiones in sacris Biblijs appositas, additus est asteriscus *, ut sit nota musicæ partitio-

nisin medio versu: hinc etiam chorus imposterum non faciet pausam in versu, nisi ubi est notatus asteriscus. Fiat autem bona & æqualis pausa, juxta versum subjectum:

Auscultando canas, benè pausa, desine planè.

Tertiò alacriter, ut Deus non laudetur tepidè, non languidâ voce, quæ semper in ima cadit, sed tam virili, ut dignum est, sonitu & affectu; ut eodem tono seu æquali notâ quâ officium incipit, etiam desinat. Hæc toni æqualitas infallibiliter & efficaciter sequitur, si prima syllaba alacriter & clarè ex pectore pronuncietur, cum tali insuper advertentia, quasi chorus incipiens primam suam syllabam, ut notam, vellet ponere in eadem linea, in qua chorus finiens suam ultimam syllabam, ut notam reliquit. Similiter & quidem principaliter dum Officiator incepit officium,

cium, chorus quàm maximè advertat, ut in æquali prorſus nota proſequatur. Et generaliter, quando unus chorus legit poſt alterum chorum, vel poſt Officiatorem, vel poſt Cantorem, vel Cantor poſt Chorum, vel verſicularius poſt chorum &c. Quicunque ſequitur alium, vel eſt incipiens poſt alium, ſemper cum omni advertentia ſollicitè curet, ut ſyllabam ſuam primâ velut notam, quaſi directè in eadem linea æqualiter ponat, in qua finiens ultimam ſuam ſyllabam veluti notam reliquit; imò quilibet in ſingulari, ſive cum choro, ſive ſolus legens advertat, ut ipſe ſibi conſtet, ut ſyllabam incipientem in æquali rectaque linea ſua æqualiſſimo tono finienti ſuccedere faciat. Hoc modo nunquam ad ima deſcendent, ſi alacriter & viriliter proſequantur ut inceperunt. Languor & incuria deſcendunt ad ima, ala-

alacritas vocis & sollicita adverten-
tia totum officium in una & æquali
nota, sive in uno eodemque æqua-
lissimo tono efficaciter ab initio us-
que ad finem perducunt. Si autem
præter opinionem aliquando Cho-
rus paululum ceciderit, non quilibet
altius resumat, sed solus ptimus can-
tor, vel si in ultimo *Psalmo* contige-
rit, vel sic ut statim, Officiator ali-
quid pronunciare debeat, Officia-
tori relinquat; Quicunque tamen
altius resumit, nunquam altius resu-
mat, quam Officiator officium ince-
perit, sed ad eundem tonum omni
sollicitudine redire conetur.

Quarto, differentialiter, ut ha-
beatur semper ratio festorũ, de qui-
bus fit officium ita, ut in duplicibus
majoribus tam primæ, quàm secun-
dæ classis tardius, non tamen nimis:
& in duplicibus per annum, & se-
miduplicibus mediocriter, in sim-

plicibus & ferijs alacrius cantetur & legatur. In omnibus ſollicitè obſervetur, ut fiat in medio verſus pauſa debita, eaque moderata, ſecundum feſtorum jam dictorum qualitatem. Piè horarum initia ſc. Domine labia, Deus in adjutorium: Converte nos Deus, uſque poſt Alleluja, vel, Laus tibi Domine incluſivè, & Cantica: Magnificat, Nunc dimittis, & Benedictus, tardius paululum (nimia protractio eſt vitanda) quàm cæteræ officij partes, cantantur vel leguntur. Officium parvum de Domina humiliori tono & alacrius legitur, quàm horæ canonicæ de tempore; debet tamen diſtinctè legi, nec uno ſpiritu verſus proferri, ſed cum aliquali pauſa. Ad inſtar horarum de Domina leguntur etiam vigiliæ Defunctorum, Pſalmi Graduales, & Pœnitentiales, Fidelium animæ, & Antiphonæ B. V. Mariæ in fine hora-

ratum, & preces feriales: Vigiliæ etiam Defunctorum dum solenniter fiunt, etsi demissius legantur, quàm horæ majores de tempore, dicantur tamen æquè tardê, ut leguntur horæ de tempore in festis semiduplicibus.

Quintò, devotè, tam affectu cordis, meditationis & vocis, quàm gestu corporis, ut omni levitate vitatâ debitâ reverentia & cæremoniarum ritu pensum divini officij persolvatur, unde versus.

Psallite devotè, distinctè, membra tenete.
Non vox, sed votum, non musica cordula, sed cor,
Non clamor, sed amor clangit in aure Dei.
Sit mens sublimis, pes junctus, visus in imis,
Dirige cor sursum, benè profer, respice sensum,

 Dum

Dum cor non orat, invanum lingua laborat.
Syncope, diſcurſus, vaga mens, præcepſque loquela,
Tollunt Dominicas meritum dicentibus horas.

Sextò, in cantu Gregoriano etiam omnes notæ ſunt æquales, ſive æqualis menſuræ, una non longior alia, ideo nulla ſyllaba longius aliâ protrahenda, vel brevius abrumpenda. Quando duæ notæ pro una ſyllaba ſimul ponuntur in una linea, peritiores in cantu etiam voce aliqualiter denotant duas notas eſſe, & non unam longiorem, idem faciunt dum tres conjunguntur, quod & cantus videtur requirere, qui non duas vel tres notas ita conjungit, ut unam pro duabus vel tribus eſſe velit, ſed ita conjungit, vel potius ita unam alteri apponit, ut duæ maneant.

Alii de Choro, in hoc peritiores imitari ſtudeant, ut eò æqualius ſive uniformius cantum proſequantur: nam qui ad cantum Gregorianum ſolum, & non ad Figuralem aſſueverunt, rarò unam notam ad longitudinem duarum vel trium bene menſurant, ut dum nullam in voce differentiam denotant, ſtatim præſertim imperitiores diſſonantiam, quàm maximè cavere debent, cauſant.

Septimò, in omni tam lectione, quam cantu Gregoriano, ſive chorus ſimul, ſive unus quicunque ille ſit, ſive Officiator, ſive Cantor, Verſicularius, Lector &c. caveatur quam maximè ut ultima ſyllaba non protrahatur, ſive turpiter claudetur, ſed eâdem menſurâ, quâ ceteræ ſyllabæ in decurſu officij pronuncietur.

Octavò, Miſſa conventualis quando in Choro nota plana perſol-

vitur, debet ad eandem formam quidem & regulas jam horis canonicis præſcriptas perſolvi, tam â Choro, quam â celebrante, in illis quæ ipſe dicere debet, & Miniſtris in Epiſtola & Evangelio; ſed multò tardius, ſic, ut non æſtimetur Miſſa legi, ſed quaſi nota plana cani, non tamen altius, quàm horæ canonicæ lectæ ſunt, multò minùs demiſſius, niſi ſit Miſſa de Requiem, quæ æquè tardè quidem, ſed demiſſius perſolvitur, ſicut & vigiliæ defunctorum demiſſius perſolvuntur, quàm horæ de tempore.

Nonò, quàm altè autem ſeu quàm alto tono vel potius in quo medio, aut moderato tono, Horæ Canonicæ de tempore, & Miſſa ſolemnis perſolvi debeant, difficile eſt determinare; ſaltem nunquam tam altè incipiantur, quàm incipiuntur horæ, dum ſolemniter cantu Gregoriano can-

cantantur, quia tunc clamorosa potius vociferatio esset quā lectio: Nec tam demissè ut Vigiliæ defunctorū videantur, sed medio quodam modo, quem primus Rector Chori sollicitè docebit Officiatores, qui horas incipiunt, ne quilibet pro suo beneplacito, hodie sic, cras aliter sine advertentia vel discretione, sicut sibi in buccam venit, incipiat; sed omnes, & ubique, quantum est possibile æquè altum, sive moderatum tonum uniformiter semel pro semper, & semper pro semel retineant, & ad eundem assuescant, nec opus erit festorum differentiam per altam, vel altiorem lectionem servare, sed per tardiorem sive graviorem.

Decimò, In cantu Gregoriano, non minus extrema sunt vitanda; nimia tarditas, & singularum syllabarum inordinata morositas sive

prolixitas, cantantes nimium fatigat, audientibus faſtidium parit: nimia acceleratio cantantium devotionem evaneſcere facit & perdit, audientes turbat; medius ſive moderatus cantandi modus, cantantes magis excitat ad Deum, & divina: audientes devotè afficit. Eâdem cautelâ alia duo cantus Gregoriani vitioſa extrema vitanda ſunt, ſcilicet nimis alta clamoroſitas, quæ omnes cantantium vires exhaurit, & nimis dimiſſa vocum profunditas, quæ non minores inconvenientias cauſat, medium virtutis eligendum & tenendum eſt, & *medium tenuêre beati*, quibus nos æternaliter aſſociare dignetur Altiſſimus, cui eſt honor & gloria, decus & imperium, per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

APPEN-

APPENDIX

HYMNORUM IN PROCESSIONIBUS ſolemnioribus & extraordinarijs cantabilium.

VEni Creator ſpiritus,
Mentes tuorum viſita,
Imple ſupernâ gratiâ,
Quæ tu creaſti, pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altiſſimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis unctio.
Tu ſeptiformis munere,
Digitus paternæ dexteræ,
Tu ritè promiſſum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus:
Infunde amorem cordibus:

Infirma noſtri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hoſtem repellas longiùs,
Pacemque dones protinus;
Ductore ſic te prævio
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da Patrem,
Noſcamus atque filium;
Teque utriuſq; Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In ſæculorum ſæcula. Amen.

JEſu Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus deſiderabilis.
Quando cor noſtrum viſitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vileſcit vanitas,
Et intus fervet charitas.
Jeſu dulcedo cordium,

Fons

Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.
Jesum omnes agnoscite,
Amorem ejus poscite,
Jesum ardenter quærite,
Quærendo inardescite.
Te nostra Jesu vox sonet,
Nostri te mores exprimant,
Te corda nostra diligant,
Et nunc & in perpetuum. Amen.

JEsu decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.
Qui te gustant, esuriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt,
Desiderare nesciunt,
Nisi Jesum, quem diligunt.
O Jesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ!
Te quærunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ.

Mane nobiſcum Domine,
Et nos illuſtra lumine,
Pulſâ mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.

Jeſu, Flos Matris virginis,
Amor noſtræ dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis. Amen.

VExilla Regis prodeunt:
Fulget crucis myſterium,
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit:

Quæ vulnerata lanceæ
Mucrone diro, criminum
Ut nos lavaret ſordibus,
Manavit unda & ſanguine.

Impleta ſunt quæ concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnavit à ligno Deus.

Arbor decora, & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno ſtipite

Tam ſancta membra tangere.
Beata, cujus brachijs
Pretium pependit ſæculi,
Statera facta corporis
Tulitque prædam tartari.
O crux ave ſpes unica,
Hoc paſſionis tempore
Pijs adauge gratiam,
Reiſque dele crimina.
Te, fons ſalutis Trinitas,
Collaudet omnis ſpiritus:
Quibus Crucis victoriam
Largiris, adde præmium. Amen.

AD regias Agni dapes
Stolis amicti candidis
Poſt tranſitum Maris rubri
Chriſto canamus Principi.
Divina cujus charitas
Sacrum propinat ſanguinem,
Almique membra corporis
Amor Sacerdos immolat.
Sparſum cruorem poſtibus
Vaſtator horret Angelus;

Fu-

Fugitq; divisum mare:
Merguntur hostes fluctibus.
Jam Pascha nostrum Christus est,
Paschalis idem Victima,
Et pura puris mentibus
Sinceritatis azyma.
O vera cæli victima,
Subjecta cui sunt tartara,
Soluta mortis vincula,
Recepta vitæ præmia.
Victor subactis inferis
Trophæa Christus explicat,
Cæloque aperto, subditum
Regem tenebrarum trahit.
Ut sis perenne mentibus
Paschale Jesu gaudium;
A morte dira criminum
Vitæ renatos libera.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

Pascha-

PAſchale mundo gaudium
Sol nuntiat formoſior,
Cum luce fulgentem nova
Jeſum vident Apoſtoli.

In carne Chriſti vulnera
Micare tanquàm ſidera
Mirantur, & quidquid vident
Teſtes fideles prædicant.

Rex Chriſte clementiſſime,
Tu corda noſtra poſſide;
Ut lingua grates debitas
Tuo rependat nomini.

Ut ſis perenne mentibus
Paſchale Jeſu gaudium;
A morte dira criminum
Vitæ renatos libera.

Deo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

SAlutis humanæ Sator,
Jeſu voluptas cordium,
Orbis redempti conditor,

Et caſta lux amantium:
Qua victus es clementia,
Ut noſtra ferres crimina?
Mortem ſubires innocens,
A morte nos ut tolleres?
Perrumpis infernum chaos;
Vinctis catenas detrahis;
Victor triumpho nobili
Ad dexteram Patris ſedes.
Te cogat indulgentia,
Ut damna noſtra ſarcias
Tuique vultus compotes
Dites beato lumine.
Tu Dux ad aſtra, & ſemita,
Sis meta noſtris cordibus,
Sis lacrymarum gaudium,
Sis dulce vitæ præmium. Amen.

JAm Chriſtus aſtra aſcenderat,
Reverſus unde venerat,
Patris fruendum munere
Sanctum daturus Spiritum.
Solemnis urgebat dies,
Quo myſtico ſeptemplici

Orbis

Orbis volutus ſepties,
Signat beata tempora.
Cum lucis hora tertia
Repente mundus intonat,
Apoſtolis orantibus
Deum venire nuntiat.
De Patris ergo lumine
Decorus ignis almus eſt,
Qui fida Chriſti pectora
Calore Verbi compleat.
Impleta gaudent viſcera,
Afflatu ſancto Spiritu,
Voceſque diverſas ſonant,
Fantur Dei magnalia.
Notique cunctis gentibus,
Græcis, Latinis, Barbaris,
Simulque demirantibus,
Linguis loquuntur omnium.
Judæa tunc incredula,
Veſana torvo ſpiritu,
Madere muſto ſobrios
Chriſti fideles increpat.
Sed editis miraculis

Oc-

Occurrit, & docet Petrus,
Falſum profari perfidos,
Joele teſte comprobans.
Deo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In ſæculorum ſæcula. Amen.

BEata nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cum ſpiritus paraclitus
Illapſus eſt Apoſtolis.
Ignis vibrante lumine
Linguæ figuram detulit,
Verbis ut eſſent proflui,
Et charitate fervidi.
Linguis loquuntur omnium:
Turbæ pavent Gentilium:
Muſto madere deputant,
Quos Spiritus repleverat.
Patrata ſunt hæc myſticè,
Paſchæ peracto tempore,
Sacro dierum circulo,
Quo lege fit remiſſio.

Te nunc Deus pijſſime
Vultu precamur cernuo,
Illapſa nobis cælitus
Largire dona Spiritus.
Dudum ſacrata pectora
Tua repleſti gratia:
Dimitte noſtra crimina,
Et da quieta tempora.
Deo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In ſæculorum ſæcula. Amen.

PAnge lingua glorioſi
Corporis myſterium,
Sanguiniſque pretioſi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.
Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo converſatus,
Sparſo verbi ſemine,
Sui moras incolatus

Miro

Miro clausit ordine.
In supremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Observata lege plenè
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.
Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit:
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.
Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, Genitoque
Laus & jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedictio:

Procedenti ab utroque
Compar ſit laudatio. Amen.

SAcris ſolemnijs juncta ſint gaudia,
Et ex præcordijs ſonent præconia;
Recedant vetera, nova ſint omnia,
Corda, voces, & opera.
Noctis recolitur cæna noviſſima,
Qua Chriſtus creditur agnum & azyma
Dediſſe fratribus, juxta legitima
Priſcis indulta patribus.
Poſt agnum typicum, expletis epulis
Corpus Dominicum datum diſcipulis,
Sic totum omnibus, quod totum ſingulis,
Ejus fatemur manibus.
Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit & triſtibus ſanguinis poculum,

Di-

Dicens, accipite quod trado vasculum,
Omnes ex eo bibite.
Sic sacrificium istud instituit,
Cujus officium committi voluit
Solis presbyteris, quibus sic congruit,
Ut sumant, & dent cæteris.
Panis Angelicus fit panis hominum;
Dat panis cælicus figuris terminum:
O res mirabilis, manducat Dominum
Pauper, servus, & humilis.
Te trina Deitas unaque poscimus,
Sic nos tu visita, sicut te colimus:
Per tuas semitas duc nos quo tendimus,
Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

VErbum supernum prodiens,
Nec Patris linquens dexteram,
Ad opus suum exiens,

Venit

Venit ad vitæ veſperam.

In mortem à diſcipulo
Suis tradendus æmulis,
Prius in vitæ ferculo
Se tradidit diſcipulis.

Quibus ſub bina ſpecie
Carnem dedit & ſanguinem;
Ut duplicis ſubſtantiæ
Totum cibaret hominem.

Se naſcens dedit ſocium,
Conveſcens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

O ſalutaris Hoſtia,
Quæ cæli pandis oſtium:
Bella premunt hoſtilia,
Da robur, fer auxilium.

Uni trinoque Domino
Sit ſempiterna Gloria:
Qui vitam ſine termino
Nobis donet in patria. Amen.

AVe maris ſtella,
Dei Mater alma,

Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud Ave,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collætemur:
Sit laus Deo Patri,

Summo Christo decus,
Spiritui ſancto,
Tribus honor unus. Amen.

QUem terra, pontus, ſidera
Colunt, adorant, prædicant
Trinam regentem machinam,
Clauſtrum Mariæ bajulat.
Cui luna, ſol, & omnia
Deſerviunt per tempora,
Perfuſa cæli gratia,
Geſtant puellæ viſcera.
Beata mater munere,
Cujus, ſupernus Artifex
Mundum pugillo continens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.
Beata cæli nuntio,
Fecunda ſancto Spiritu,
Deſideratus gentibus
Cujus per alvum fuſus eſt.
Jeſu tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In ſempiterna ſæcula, Amen.

O Glorioſa Virginum,
Sublimis inter ſidera;
Qui te creavit, parvulum
Lactente nutris ubere.
Quod Heva triſtis abſtulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut aſtra flebiles,
Cæli recludis cardines.
Tu Regis alti janua,
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.
Jeſu, tibi ſit Gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

MEmento rerum Conditor,
Noſtri quòd olim corporis,
Sacrata ab alvo Virginis
Naſcendo formam ſumpſeris.
Maria Mater gratiæ,
Dulcis Parens clementiæ,
Tu nos ab hoſte protege,

Et mortis hora ſuſcipe.
Jeſu, tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

TE ſplendor, & virtus Patris,
Te vita, Jeſu, cordium,
Ab ore qui pendent tuo,
Laudamus inter Angelos.
Tibi mille denſa millium
Ducum corona militat:
Sed explicat victor crucem
Michael ſalutis ſignifer.
Draconis hic dirum caput
In ima pellit tartara,
Ducemque cum rebellibus,
Cæleſti ab arce fulminat.
Contra ducem ſuperbiæ
Sequamur hunc nos Principem,
Ut detur ex Agni throno
Nobis corona gloriæ.
Patri, ſimulque Filio,
Tibique ſancte Spiritus

Sicut fuit, ſit jugiter,
Sæclum per omne gloria. Amen.

CUſtodes hominum pſallimus Angelos,
Naturæ fragili quos Pater addidit
Cæleſtis comites, inſidiantibus
Ne ſuccumberet hoſtibus.
Nam quòd corruerit proditor angelus,
Conceſſis meritò pulſus honoribus;
Ardens invidia, pellere nititur
Quos cælo Deus advocat.
Huc cuſtos igitur pervigil advola,
Advertens patria de tibi credita
Tam morbos animi, quàm requieſcere
Quidquid non ſinit incolas.
Sanctæ ſit Triadi laus pia jugiter,
Cujus perpetuo numine machina

Tri-

Triplex hæc regitur, cujus in o-
mnia
Regnat gloria ſæcula. Amen.

EXultet orbis gaudijs,
Cælum reſultet laudibus:
Apoſtolorum gloriam
Tellus & aſtra concinunt.
Vos ſæculorum judices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium;
Audite voces ſupplicum.
Qui templa cæli clauditis,
Seraſque verbo ſolvitis,
Nos à reatu noxios
Solvi jubete, quæſumus.
Præcepta quorum protinus
Languor, ſaluſque ſentiunt;
Sanate mentes languidas;
Augete nos virtutibus:
Ut, cum redibit arbiter
In fine Chriſtus ſæculi;
Nos ſempiterni gaadij
Concedat eſſe compotes.

Patri, ſimulque filio.
Tibique, ſancte Spiritus,
Sicut fuit, ſit jugiter
Sæclum per omne gloria, Amen.

ÆTerna Chriſti munera,
Apoſtolorum gloriam,
Palmas & hymnos debitos
Lætis canamus mentibus.
Eccleſiarum Principes,
Belli triumphales Duces,
Cæleſtis aulæ milites.
Et vera mundi lumina,
Devota ſanctorum Fides,
Invicta ſpes credentium,
Perfecta Chriſti charitas,
Mundi tyrannum conterit.
In his Paterna gloria,
In his triumphat Filius,
In his voluntas ſpiritus,
Cælum repletur gaudio.
Patri, ſimulque Filio,
Tibique, ſancte ſpiritus,
Sicut fuit, ſit jugiter

Sæ-

Sæclum per omne gloria. Amen.

DEus tuorum militum
Sors, & corona, præmium,
Laudes canentes Martyris
Abſolve nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia,
Et blanda fraudum pabula
Imbuta felle deputans
Pervenit ad cæleſtia.
Pœnas cucurrit fortiter,
Et ſuſtulit viriliter;
Fundenſque pro te ſanguinem,
Æterna dona poſſidet.
Ob hoc precatu ſupplici
Te poſcimus pijſſime;
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam ſervulis.
Laus & perennis gloria
Patri ſit atque Filio,
Sancto ſimul Paraclito
In ſempiterna ſæcula. Amen.

INvicte Martyr, unicum
Patris secutus Filium,
Victis triumphas hostibus,
Victor fruens cælestibus.
Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vitæ repellens tædium.
Soluta sunt jam vincula
Tui sacrati corporis:
Nos solve vinclis sæculi,
Dono superni Numinis.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæculum. A-
men.

CHristo profusum sanguinem,
Et Martyrum victorias,
Dignamque cælo lauream
Lætis sequamur vocibus.
Terrore victo sæculi,
Pœnisque spretis corporis,

Mortis ſacræ compendio
Vitam beatam poſſident.
Traduntur igni Martyres,
Et beſtiarum dentibus:
Armata ſævit ungulis
Tortoris inſani manus.
Nudata pendent viſcera:
Sanguis ſacratus funditur:
Sed permanent immobiles
Vitæ perennis gratiâ.
Te nunc Redemptor quæſumus,
Ut Martyrum conſortio
Jungas precantes ſervulos
In ſempiterna ſæcula. Amen.

REx glorioſè Martyrum,
Corona confitentium,
Qui reſpuentes terrea
Perducis ad cæleſtia.
Aurem benignam protinus
Intende noſtris vocibus:
Trophæa ſacra pangimus:
Ignoſce quod deliquimus.
Tu vincis inter Martyres,

Par-

Parciſque confeſſoribus:
Tu vince noſtra crimina,
Largitor indulgentiæ.
Deo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit ac Paraclito,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

JEſu Redemptor omnium,
Perpes corona Præſulum,
In hac die clementius
Indulgeas precantibus.
Tui ſacri qua nominis
Confeſſor almus claruit:
Hujus celebrat annua
Devota plebs ſolemnia.
Qui ritè mundi gaudia
Hujus caduca reſpuens,
Æternitatis præmio
Potitur inter Angelos.
Hujus benignus annue
Nobis ſequi veſtigia:
Hujus precatu ſervulis
Dimitte noxam criminis.

Sit Christe Rex piissime
Tibi, Patrique gloria,
Cum Spiritu Paraclito
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

JEsu corona celsior,
Et veritas sublimior,
Qui confitenti servulo
Reddis perenne præmium;
Da supplicanti cœtui,
Hujus rogatu, noxij
Remissionem criminis,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni reverso tempore,
Dies refulsit lumine,
Quo sanctus hic de corpore
Migravit inter sidera.
Hic vana terræ gaudia,
Et luculenta prædia,
Polluta sorde deputans,
Ovans tenet cælestia.
Te Christe Rex pijssime
Hic confitendo jugiter,

Calcavit artes dæmonum
Sævumque averni principem.
Virtute clarus, & fide,
Confessione sedulus,
jejuna membra deferens,
Dapes supernas obtinet.
Proinde te pijssime
Precamur omnes supplices,
Nobis ut hujus gratia
Pœnas remittas debitas.
Patri perennis gloria,
Natoque Patris unico,
Sanctoque sit Paraclito
Per omne semper sæculum. Amen.

JEsu corona Virginum,
Quem Mater illa concipit;
Quæ sola Virgo parturit;
Hæc vota clemens accipe.
Qui pergis inter lilia,
Septus choréis Virginum,
Sponsus decorus gloria,
Sponsisque reddens præmia.

Quocumque tendis, Virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.
Te deprecamur supplices,
Nostris ut addas sensibus
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.
Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito
In sæculorum sæcula. Amen.

FOrtem virili pectore
Laudemus omnes feminam,
Quæ sanctitatis gloria
Ubique fulget inclyta.
Hæc sancto amore saucia,
Dum mundi amorem noxium
Horrescit, ad cælestia
Iter peregit arduum,
Carnem domans jejunijs,
Dulcique mentem pabulo
Orationis nutriens,

Cæli potitur gaudijs.
Rex Christe virtus fortium,
Qui magna solus efficis,
Hujus precatu quæsumus,
Audi benignus supplices.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

LITANIÆ

LAURETANÆ DE BEATA VIRGINE.

KYrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus. Miserere nobis.

Fili

Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus. Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus. Miserere nobis.

Sancta MARIA,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta virgo virginum,
Mater Christi,
Mater divinæ gratiæ,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,

} Ora pro nobis.

Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiæ,
Sedes sapientiæ,
Causa nostræ lætitiæ,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Janua Cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix Afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,

Ora pro nobis.

Regina Martyrum, ora pro n.
Regina Confeſſorum, ora pro n.
Regina Virginum, ora pro n.
Regina Sanctorum omnium. ora pro n.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos,

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Ave Maria, &c.

SUb tuum præſidium confugimus S. Dei genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus noſtris, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper Virgo glorioſa & benedicta Domina noſtra, mediatrix noſtra, advocata noſtra, tuo filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda,

menda, tuo Filio nos repræsenta.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei Genitrix.

Reſp. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

GRatiam tuam, quæſumus Domine mentibus noſtris infunde, ut qui Angelo nuntiante Chriſti Filij tui incarnationem cognovimus, per paſſionem ejus & crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Verſ. Ora pro nobis beatiſſime Joſeph.

Reſp. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

SAnctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſi, Domine, meritis adjuvemur,

ut

ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

INDEX

Rerum, Tonorum, Hymnorum, Antiphonarum, ac Responsoriorum hoc Libello contentorum.

A.

Lectio

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

V.

FINIS.

PROCESSIO NALE

AD

NORMAM MISSAlis ac Ritualis, auctoritate Apostolica reformatorum concinnatum,

In usum FF. Minorum Recollectorum.

Benevole Lector.

VT pio multorum desiderio satisfieret, ad Musices Choralis Medullam, &c. accessit Processionale, quod præter ea, quæ in Processionibus tam ordinariis, ut in festo Purificationis B. Mariæ Virginis, in Dominica Palmarum, in Litaniis maioribus, in festo S. Marci, in minoribus Rogationum triduo ante Ascensionem Domini, & in festo Corporis Christi; quàm quæ in Processionibus extraordinariis, nec non in Sororum investitionibus cantantur: etiam Exequiarum ordinem, & quæ in iis, ac in die commemorationis omnium fidelium defun-

functorum tribus in Stationibus cantari solent; sicut percommodè, quia sine mole; ita & correctè, sine verborum, quibus manuscripta; in illis enim quædam fuêre transposita, quædam omissa, nonnullaque superaddita, adeoque à Missali, Ritualique reformatis (ut inspicienti patebit) discrepantia: nec non notarum, quibus impressa scatebant mendis, complectitur. Vale, & ad Dei gloriam utere.

In Feſto Purificationis B. Mariæ Virginis.

C*Ompletâ benedictione & diſtributione candelarum, fit Proceſsio. Et primò Celebrans imponit incenſum in thuribulum: poſtea Diaconus vertens ſe ad populum, dicit:*



Præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante: dein Subdiaconus paratus deferens crucem, medius inter duos Acolythos cum candelabris & candelis accenſis: ſequitur Clerus per ordinem, ultimò celebrans cum Diacono à ſiniſtris, omnes cum candelis accenſis in manibus: & cantantur Antiphonæ ſequentes. *Ant.*


ña.
Ador na thalamũ tuum Si on, et
sus cipe Regẽ Chri stũ: amplectere Ma=
ri am, quæ est cæle stis por ta:
ipsa enim por tat Regẽ glori æ
noui lu mi nis: subsistit Virgo, ad
ducens mani bus fi lium an te lu


6.
ci se rū gemitūquēaccipiens Sime on
inulnas su a s, prædi cauit popu=
lis Do minum e umes se Vi=
tæ et mortis, et Saluatorem mun di.
Aña.
Respon sū accepit Sime on
à Spiritu san cto, non vi=
su


surū se mortē, nisi uideret Christū Do
mini : et cūm ducerentpuerū in
emplum, accepit eum in ul nas
uas,et benedixit De um,et dix=
t:Nunc dimittis ser vum tu um
Do mi ne in pace In

8. *Ingrediendo Ecclesiā cantatur.*





Deinde fit Missa, & candelæ tenentur manibus accensæ, dum legitur Evange-*m, & iterum ad elevationem usque ad nmunionem.*

In Die Palmarum.

actâ benedictione & distributione Pal-*rum, fit* Processio. Et *primò celebrans ponit incensum in thuribulum, &* Dia-*nus vertens se ad populum, dicit ut su-à:* Procedamus in pace. ℟. In no-*ine* Christi. Amen. *Præcedit thurife-*

rarius cum thuribulo fumigāte: deinde Subdiaconus paratus deferens crucē, medius inter duos Acolythos cum candelabris & candelis accensis: sequitur Clerus per ordinem, ultimò celebrans cū Diacono à sinistris, omnes cum ramis in manibus: & cantantur sequentes Antiphonæ:




gatum, super quē nullus ho-
mi nū sedit: solui te, et ad du=
ci te mihi. si quis vos interro-
ga ue rit, di ci te: opg Do mi
no est. Soluen tes ad duxerunt
ad Iesū: et imposu erunt il li vestimenta sua


2.
su a,et sedit super eum:ali-
i expandebāt vestimenta su a in
vi a: a li i ramos de arboribus ster-
nebant;et qui se quebantur
clamabant Hosanna benedictꝰ qui ve-
nit in nomine Domi ni: benedictum
Re


Regnum Patris no stri Da uid:
Hosanna in excel sis: mi se=
re re no bis fi li Da uid
Oc currunt tur bæ cum flo =
ri bꝰ et palmis Redēpto ri ob ui am: et Vic
to ri triūphanti digna dant ob se qui a:
fi-



fi li um De i o re gentes
prædicant: et in laudē Christi voces to=
nant per nubila: Hosan na in ex cel sis.
Cū Angelis et pu eris fi de les in-
ue ni amur, Triūphatori mortis clamā-
tes Hosanna in excel sis.


In


In reverſione Proceßionis, duo vel qua-
uor cantores intrant in Eccleſiam, *&*
lauſo oſtio ſtantes versâ facie ad Proceſ-
onem, incipiunt ℣. Gloria, Laus. *&*
ecantant duos primos verſus. Sacerdos
erò cum aliis extra Eccleſiam, *repetit*
o ſdem. Deinde *qui ſunt intus, cantant a-*
ios verſus ſequentes: vel omnes, vel par-
em, prout videbitur: & qui ſunt extra,
d quoslibet duos verſus reſpondent: Glo-
ria, Laus. *ſicut à principio* ℣.





Isra el es tu Rex, Dauidis et incly-
ta proles: nomine qui in Domi ni Rex be-
ne dicte ve nis. ℟. Glori a. Coe tꝰ in
ex cel sis te laudat cæli cus omnis, et
mortalis homo, et cuncta creata simul. Glo ria
Plebs Hebræa ti bi cum pal mis
ob



ob ui a venit: cum prece, vo to,
Hymnis, ad ſu mus ec ce ti bi. Glori a.
Hi tibi paſ su ro solue bant mu-
ni a laudis: Nos ti bi reg nan ti pan-
gi mus ec ce melos. Glori a laus.
Hi placu ê re ti bi, place at de uo-
tio






Postea subdiaconus hastili Crucis percutit portam: qua statim aperta, Processio intrat Ecclesiam cantando ℞. sequens.








pro nunti an tes, cum ra-
mis palma rũ Hosan na
clama bant in ex cel sis
V. Cum audisset popu lus, quod Iesus
veniret Ie ro so ly mam, ex i e-
rũt ob uiam e i. Cum ramis
Et

Et non dicitur Gloria Patri. *Deinde celebratur Missa, & rami tenentur in manibus dum cantatur Passio, & Evangelium tantùm.*

FERIA V. IN COENA DOMINI.

Finitâ Missâ accenduntur intorticia, & fit Processio more solito; alio tamen Subdiacono parato Crucem ferente. Sub Processione cantatur Hymnus: Pange lingua. *qui habetur suprà in Appendice Hymnorum pag. 133. duobus Acolythis Sacramentum continuò incensantibus usque ad locum præparatum.*

FERIA VI. IN PARASCEVE.

Post *adorationem Crucis ordinatur* P*rocessio ad locum, ubi pridie Sacramentum repositum fuerat.* P*ræcedit Subdiaconus cum Cruce inter duos Acolythos deferentes candelabra cum cereis accensis, & Clerus per ordinem, ultimo loco Sacerdos cum ministris. Cùm perventum fuerit ad locum Sacramenti, accenduntur in-*

tor-

rticiæ, quæ non extinguuntur nisi post sumptio-
em Sacramenti. Et revertendo ordine, quo ve-
erant , duo Acolythi cum thuribulis continuò
acramentum incensant : interim cantatur
Iymnus: Vexilla Regis prodeunt, *qui habetur*
uprà in Appendice Hymnorum pag. 126.

nLitaniis majoribus in Festo S. Mar-ci, & minoribus Rogationum.





Et repetitur Antiphona : Exurge, Domine. *Deinde genuflectant omnes, & duo Cantores ante Altare majus genuflexi devotè Litanias cantare incipiant, ceteris eâdem voce reſpondentibus, cùm cantatum fuerit:* Sancta Maria, ora pro nobis. *Surgunt omnes, & ordinatè procedunt egredientes, Litaniasq; proſequentes , præcedente Cruce, & ſequente Clero , ultimo loco Sacerdos paratus ut ſuprà cum miniſtris ſacris veſtibus indutis.*

Ky-



Kyri e e lei son. ℟. Kyri e e lei son.
Christe e lei son. ℟. Christe e lei son.
Kyri e e lei ſon. ℟. Kyri e e lei ſon.
Christe audi nos ℟. Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, ℟. Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deꝰ, Miſerere nobis.
Spiritꝰ Sancte Deꝰ, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnꝰ Deꝰ, Miſerere nobis.
Sancta Maria, ℟. Ora pro nobis.
Sancta

Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, orate pro nobis.
Omnes ſancti Beatorum Spirituum Ordines, Orate pro nobis.
Sancte Joannes Baptiſta, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.

Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apostoli & Evangelistæ, orate.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane & Sebastiane, orate.
Sancti Joannes & Paule, orate.
Sancti Cosma & Damiane, orate.
Sancti Gervasi & Protasi, orate
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Silvester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.

Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine. ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes sancti Pontifices & Confessores, orate.
Omnes sancti Doctores, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Pater noster Francisce, ora.
Omnes sancti Sacerdotes & Levitæ, orate.
Omnes SS. Monachi & Eremitę, orat.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes SS. Virgines & Viduæ, orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.

Pro-



Propitius esto, Exaudi nos, Domine.
Ab omni malo, Libera nos, Domine.
Ab omni peccato, Libera.
Ab ira tua, Libera.
A ſubitanea & improviſa morte, Libera nos Domine.
Ab inſidiis diaboli, Libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, Libera.
A ſpiritu fornicationis, Libera.
A fulgure & tempeſtate, Libera.
A morte perpetua, Libera.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ, Libera.
Per adventum tuum, Libera.
Per nativitatem tuam, Libera.
Per baptiſmum & ſanctum jejunium tuum, Libera.

Per crucem & paſſionem tuam, Libera.

Per mortem & ſepulturam tuam, Libera.

Per ſanctam reſurrectionem tuam, Libera.

Per admirabilem aſcenſionem tuam Libera.

Per adventum Spiritus ſancti Paracliti, Libera.

In die judicii, Libera.



Ut nobis indulgeas, Te rogamus.

Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, Te rogamus.

Ut Eccleſiam tuam ſanctam regere & con-

& conſervare digneris, Te rogamus.

Ut Domnum Apoſtolicum & omnes Eccleſiaſticos Ordines in ſancta religione conſervare digneris, Te rogamus.

Ut inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, Te rogamus.

Ut Regibus & Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare digneris, Tè rogamus.

Ut cuncto populo Chriſtiano pacem & unitatem largiri digneris, Te rogamus.

Ut nosmetipſos in tuo ſancto ſervitio confortare, & conſervare digneris, Te rogamus.

Ut mentes noſtras ad cœleſtia deſideria erigas, Te rogamus.

Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, Te rogamus.

Ut animas noſtras, Fratrum, propin-

quorum & benefactorum noſtrorum ab æterna damnatione eripias, Te rogamus.

Vt fructus terræ dare & conſervare digneris, Te rogamus, audi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus, audi nos.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus.

Fili Dei, Te rogamus, audi nos.





Pater noſter. *Secretò*. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 69.

DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuvandum me feſtina.

Confundantur & revereantur: qui quærunt animam meã.

Avertantur retrorſum & e-

rubeſcant: qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi, euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant ſemper, magnificetur Dominus qui diligunt ſalutare tuum.

Ego verò egenus & pauper ſum: Deus adiuva me.

Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moreris;

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio, &c.

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Domine, non ſecundum peccata noſtra facias nobis.

℟. Neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Oremus pro Pontifice noſtro N.

℟. Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

℣. Oremus pro benefactoribus noſtris.

℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam

vitam æternam. Amen.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis.

℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

℣. Pro fratribus nostris absentibus.

℟, Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere : ſuſcipe deprecationem noſtram; ut nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

Exaudi quæſumus Domine, ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis : ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

INeffabilem nobis Domine, miſericordiam clementer oſtende: ut ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpà offenderis, pœnitentiâ placaris: preces popu-

populi tui ſupplicantis propitius reſpice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

OMnipotens ſẽpiterne De⁹, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ , ut te donante tibi placita cupiat, & totá virtute perficiat.

DEus, á quo ſancta deſideria, recta conſilia & iuſta ſunt opera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare nõ poteſt pacem; ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublatâ formidine, tempora ſint tuâ protectione tranquilla.

URe igne ſancti Spiritus renes

no-

nostros & cor nostrum Domine: ut tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

ACtiones nostras quæsumus Domine, aspirando præveni, & adiuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio á te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotẽs sempiterne De', qui vivorum dominaris si-

mul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: ut pro quibus *effundere* preces decrevimus, quosque vel præsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotens & miſericors Dominus.

℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

In Feſto Corporis Chriſti.




40
Quia parata sunt om
ni a.
℣. Venite, come dite pa nẽ meum et
bibite vinum, quod miſcui vo bis. Quia
℣. Gloria Pa tri, et fili o, et ſpiri-
tu i san cto. Qui a.
℟. Im


℟. Immolabit hæ dũ multi tu do fi-
li o rũ Is ra el ad
vespe rā Pa schæ: Et e dent
car nes, et a zy mos pa nes
℣. Pascha nostrũ immola tꝰ est Chris-
tꝰ: i taque e pulemur in a zimis
sin-


sin ce ri ta tis et ve ri tatis.
Et e-℣. Gloria Patri, et fi li-
o, et Spiri tu i sancto. Et.
Aña. A ue Rex noster, fi li
Da uid, Redemptor mun di, mi-
se re re nobis.
O Sa-

O Sacrum convivium. O Salutaris Hostia. O quàm suavis est. Pange lingua. Sacris solemniis. Verbum supernum prodiens, *ostendit Musices Chora-s index : Sicut & Antiphonas & Hymnos de Domina nostra. de SS. Angelis, de S. Patre nostro Francisco, de Dedicatione, &c. Sequentiam:* Lauda Sion, &c. *Vide infra.*

N INVESTITIONE AC PROFESSIONE Sororum.





propter amorem Do mi ni me-
i Ie su Christi. Quem
ui di quē a ma ui, in quem
credidi, quē di lexi. V. E ruc-
ta uit cor me um Ver bum
bo mū:di co e go o pe ra
mea


me a Regi. Quē. Glori a
Patri, et fili o, et Spi-
ri tu i sancto. Quem.
De S. Patre nostro Francisco.
Aña. O stupor, et gaudium, ô Iu dex
homo menti um, tu nostræ mili ti æ
curr9, et au riga. Igne a præ sen- ti


tibus transfigura tum fra tri bus, in
sola ri speci e vexit te qua-
driga. In te signis ra dians, in
te ventu ra nuntians re qui e-
uit Spiritus du plex Pro phetarũ
Tu is adsta poste ris, Pa ter Fran-
ciſce,


47
ciſ ce, mi seris: nam in crescunt
gemi tus o ui unt u a-
rū. Al le lu ia.
℟. Fran cis cus ut in
pu bli cum ceſ sat ne go ti-
a ri, in a grū mox Do-
mi-


48
mi ni cũ se ce ditmedi ta-
ri: * Inuentũ euan geli
cũthesaurum
vult merca ri. Alle-
lu ia. V. Deum, quida gat
ni cũconsul tans auditcœli cum
in


49.
in signe sibi dari. In uen.
Sequentia Paschalis.
Victimæ Paschali lau des immolent
Christiani. Agnus redemit oues: Christ9
innocens Patri reconci li auit peccato-
res. Mors et vi ta, duello conflixê remi-
ando: Dux vi tæ mortuus regnat vi uus
no


nobis Mari a, quid vidisti in vi a?
Sepulchrū Christi viuentis: et gloriam vi di
resurgentis: Angeli cos testes, su darium
et vestes. Surrexit Christꝰ spes mea: præcedet
vos in Gali læam. Scimꝰ Christū surrexisse à mor
tuis verè: tu nobis victor Rex miserere, A men.

Sequentia de Spiritu Sancto.




O lux be a tis sima, reple cordis in tima
tu o rū fi de li um. Sine tu o numi ne,
nihil est in homine, nihil est in nox i um.
Laua qd' ē sor di dū, riga quod est a ri dum,
sana qd' est sauci um. Flecte qd' est ri gi dū
foue quod est frigi dū, rege qd' est deui um
Da-


Da tuis fi delibꝰ in te con fi den ti bꝰ, sa-
crū septena ri um. Da virtutis meritū, da
salu tis ex i tum, da peren ne gau di um.
Sequentia de
Lauda Sion Saluatorē, lauda ducē et pasto-
rē, in hymnis et canticis. Quantū potes, tantū
aude: quia maior omni laude, nec lauda


sufficis. Laudis thema specia lis, panis
viuus et vi ta lis ho di e pro po nitur.
Quē in sacræ mēsa coe næ, turbæ fratrū du-
o de næ datū non ambigitur. Sit laus
plena, sit so nor a, sit iucunda, sit de co ra
mentis iubi lati o. Di es enim solem nis


nis agitur, in qua mens cæprima re co li tur
huiꝰ insti tuti o. In hac mensa no-
ui Regis, nouū Pascha nouæ legis, pha-
se vetus terminat. Vetus ta tem no-
uitas, ūbrā fugat ve ri tas, noctē lux e-
liminat. Quod in cœna Christꝰ ges sit fa


endū hoc expressit in su i memoriam.
Docti sacris institu tis, panē, vinū
in salutis consecramus hosti am.
Dogma datur Christianis, qd' in carnē transit
panis, et vinū in sanguinē. Quod non ca-
pis, qd' non vides, animosa firmat fi des.
prae


præter rerum ordinē. Sub diuer sis
Speci e bus, signis tātū, et nōre bus, la tent
res ex i mi æ. Caro ci bus, sanguis potus.
manet tamē Christ9 totus sub u traque speci e.
A sumente nō conci sus, nō cōfractq, nō di-
ui sus, integer ac cipitur. Sumit
unus


8.
unus, sumūt mille: q̄ntū isti, tantū il-
le: nec sūptus con sumitur. Sumūt boni,
sumūt ma li: sorte tamen inæquali, vi-
tæ vel interitus. Mors ē malis, vita bo nis: vi-
de paris sūpti onis, quālit dispar exitus. Fra-
to demū Sacramēto, ne vacilles, sed memento,
tantū


tantū esse sub fragmento, quantū to to
tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tan-
tū fit fractura: qua nec statꝰ, nec statu-
ra signati mi nuitur. Ecce panis Ange-
lo rū, factꝰ cibꝰ vi atorū: vere panis
fili o rū, non mittendꝰ canibꝰ. In
fi-



figuris præsig na tur, cũ Isaac immolatur:
Agn9 Paschæ de puta tur: datur manna
patrib9. Bone pastor, panis vere, Iesu nostri
mise rere: tu nos pasce nos tu e re: tu
nos bona fac vi de re in ter ra vi uen
ti um. Tu, qui cũcta scis et va les, qui nos
pas-



In Jubilæo Patrum & Fratrum:

F*Initâ in Choro Horâ quæ præmittitur Summo Sacro, post aspersionem aquæ benedictæ, si sit Dominica, Patres & Fratres congregati processionaliter præcedente fratre induto superpelliceo, Crucem portante, sequuntur bini & bini per ordinem, dein Cantores, postea Diaconus & Subdiaconus induti Dalmaticis, in fine*

Officiator indutus pluviali , pergunt ad Domum Capitularem , in qua tunc erit Iubilarius. Cùm pervenerint ad ostium Domus Capitularis, Superior cum Diacono, Subdiacono & Cantoribus intrant, & incipiunt Antiphonam sequentem.



Deinde *Cantores intonant Psalmum:* Jubilate Deo omnis terra. *Resp. Chorus:* Servite Domino in lætitia. *Cantores repetunt Antiph.* Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro. *Resp. Chorus:* Introite in conspectu ejus in exultatione. *Cantores:* Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro. *Chorus:* Sci-

tote , quoniam Dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos, & non ipſi nos. *Cantores:* Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro. *Chorus:* Populus ejus, & oves paſcuæ ejus: introite portas ejus in Confeſſione, atria ejus in hymnis confitemini illi. *Cantores:* Venite exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro. *Chorus:* Laudate nomen ejus, quoniam ſuavis eſt Dominus: in æternum miſericordia ejus, & uſque in generationem, & generationem veritas ejus. *Cantores:* Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro. *Chorus:* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. *Cantores:* Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro. *Chorus:* Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. *Cantores:* Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro.

Exequiarum Ordo juxta Rituale Romanum.

Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocentur Fratres in Ecclesiam. Sacerdos induitur superpelliceo & stolâ nigrâ, vel etiam pluviali eiusdem coloris. Ordinatur Processio, Clerico præferente Crucem, & alio Aquam benedictam ad infirmariam, distribuuntur cerei, & accendũtur intorticia, proceduntq; prælatâ Cruce. Sacerdos antequàm cadaver efferatur, illud aspergit aquâ benedicta; mox dicit Antiphon. Si iniquitates. *Et Psalmum,* De prof. *In fine,* Requiem æternam. *Repetit totam Antiphonam,* Si iniquitates. *Deinde cadaver effertur, & Sacerdos de infirmaria procedens, statim gravi voce intonat Antiphonam,* Exultabunt Domino. *Et Cantores inchoant Psalmum,* Miserere, &c. *cæteris alternatim prosequentibus. Si longitudo itineris postulaverit, dicantur alii Psalmi ex Officio mortuorum, & in fine cuiusque Psalmi,* Requiem æternam. *Ad ingressum Ecclesiæ repetitur Antiphona,* Exultabunt Dno ossa humiliata. *In Ecclesia Cantor incipit Responsorium sequens.*


R.
Subuenite Sancti De i, oc cur-
rite Ange li Domi ni: Susci pi-
entes animã e ius: Offerentes e-
am in conspectu Al tissi mi
Suscipi at te Christ9 qui uo ca
uit te: et in sinũ Abrahæ angeli de
du



Deposito feretro in Ecclesia, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus altare maius; si verò fuerit Sacerdos, caput sit versus ipsum altare, & cereis accensis circa corpus, statim, nisi quid impediat, dicatur Officium Mortuorum cum tribus Nocturnis & Laudibus, & incipiant Cantores absolutè Invitatorium, Regem, cui omnia vivunt, *&c. & duplicantur Antiphonæ. Ad finem Officij post Antiphonam*

nam Cantici, Benedictus, *&c.* Ego ſum, *&c, dicitur,* Pater noſter. *Secretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ABſolve, quæſumus, Domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorum, ut in reſurrectionis gloria inter Sanctos & Electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum miniſtris paratur ad cele-

 bran-

brandam Missam solemnem pro defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die Depositionis in Missali Romano.

Finitâ Missâ, Sacerdos, depositâ casulâ, seu planetâ, & manipulo, accipit pluviale nigri coloris, & Subdiaconus accipit Crucem, & accedit ad feretrum, & se sistit ad caput defuncti cum Cruce medius inter duos Acolythos seu ceroferarios cum candelabris & candelis accensis: & omnes alij Fratres veniunt ordinatim in gradu suo cum candelis accensis, & stant in circuitu feretri, tum sequitur Sacerdos cum Diacono, aliisque ministris, & factâ reverentiâ altari, sistit se contra Crucem ad pedes defuncti retrò astantibus ei à sinistris duobus Acolythis, uno cum thuribulo & navicula incensi, altero cum vase Aquæ benedictæ & aspersorio, & Acolytho seu Clerico tenente librum, absolutè dicit sequentem Orationem.

Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia nullus

apud

apud te iuſtificabitur homo, niſi per te omnium peccatorum ei tribuatur remiſſio.

Non ergo eum, quæſumus, tua iudicialis ſententia premat, quem tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianæ commendat: ſed gratiâ tuâ illi ſuccurrente, mereatur evadere iudicium ultionis, qui dum viveret, inſignitus eſt ſignaculo ſanctæ Trinitatis, qui vivis & regnas in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Deinde Cantores incipiunt ℟. Libera me Domine, *&c. quod ſuprà in Muſices Choralis Medullæ adiunctis pag.* 71. *habetur. Circa finem prædicti Reſponſorii, Sacerdos, Acolytho ſeu Diacono miniſtrante, accipit incenſum de navicula, & ponit in thuribulum, & finito Reſponſorio, cantatur:* Kyrie eleiſon, *&c. Mox Sacerdos*

dicit

dicit altâ voce: Pater noster, *&c. & secretò dicitur ab omnibus: & ipse interim accipit à* Diacono *vel Acolytho aspersorium Aquæ benedictæ, & factâ profundâ inclinatione* Cruci *, quæ est ex adverso,* Diacono *seu ministro genuflectente , & fimbrias pluvialis sublevante: circumiens feretrum , aspergit corpus defuncti ter à parte dextra , & ter à sinistra, deinde reversus ad locum,*Diacono *ministrante, accipit thuribulum, & eodem modo circuit feretrum , & corpus incensat, ut asperserat: posteà reddito thuribulo ei, à quo acceperat, stans in loco suo, Acolytho seu alio ministro tenente librum apertum ante se, dicit:*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam eius.

℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium est misereri semper & parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quã hodie de hoc seculo migrare iussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed iubeas eam á sanctis Angelis suscipi, & ad patriam paradisi perduci,

duci, ut quia in te ſperavit & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia ſempiterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in oratione dicitur : pro anima famuli tui Sacerdotis, quam, *&c. Finitâ Oratione, corpus defertur ad ſepulchrum, ſi tunc deferendum ſit, & dum portatur, Clerici cantant Antiphonam ſequentem.*






Cùm autem perventum fuerit ad sepulchrum, non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, icens hanc Orationem. Oremus.

DEus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eiq; Angelum tuum sanctum deputa custodem, & quorum, quarumque corpora hîc sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dictâ Oratione, Sacerdos aquâ benedictâ aspergat, deinde incenset corpus defuncti & tumulum. Quod si corpus tunc ad sepulturam non

deferatur, omisso Responsorio: In paradisum, *& e & benedictione sepulchri, si jam est benedictum, prosequatur officium, ut infrá: quod nunquam omittitur, & intonat Antiphonam.*



Et dicitur Canticum Benedictus, etc. *et repetitur Antiphona.*



Posteà Sacerdos dicit: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, *&c. Interim corpus aſpergit.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℣. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam eius.

℣. Requieſcat in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FAc, quæſumus, Domine, hanc cum ſervo tuo defuncto (vel famula tua defuncta] miſeri-

cordiam, ut factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem, qui (*vel* quæ) tuam in votis tenuit voluntatē: ut ſicut hîc eum (*vel* eam) vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic eum (*vel* eā) tua miſeratio ſociet Angelicis Choris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Requieſcat in pace.

℟. Amen.

℣. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde à ſepultura in Eccleſiam, vel in Sacriſtiam revertentes, dicant ſine cantu Antiphonam, Si iniquitates. *cum* P*ſalmo.*

mo, De profundis.*&c.* Requiem æternam.*&c.*

In die commemorationis omnium fidelium defunctorum.

IPso *die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, absolutâ Mißâ solemni, fiunt tres Stationes. Prima in Choro apud feretrum in medio Chori positum. Celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, ubi exuitur casulâ; & deposito manipulo, accipit pluviale nigrum. Subdiaconus medius inter duos Acolythos cum candelabris & candelis accensis, defert Crucem sicut in Proceßionibus, præcedentibus duobus Acolythis aliis, uno cum thuribulo & navicula incensi, alio cum vase Aquæ benedictæ & aspersorio: sequitur Celebrans factâ priùs Altari reverentiâ, & Diaconus à sinistris ejus. Subdiaconus cum Cruce sistit se ad pedes feretri, seu lecticæ mortuorum contra Altare, medius inter dictos Acolythos tenentes luminaria; Celebrans verò ex alia parte in capi-*

te loci inter Altare & feretrum, aliquantùm versus cornu Epistolæ, ita ut Crucem Subdiaconi respiciat: à sinistris eius Diaconus, & prope eum alij duo Acolythi deferentes thuribulum & vas Aquæ benedictæ. Interim cantatur ℟. Libera me Domine. *Et circa illius finem Celebrans imponit incensum in thuribulum, benedicens illud more solito, ministrante Diacono naviculam: & finito* Kyrie eleison, *incipit intelligibili voce*, Pater noster, *& secretè prosequendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi, & factâ Altari reverentiâ, comitante eodem Diacono à dextris, & tenente fimbriam anteriorem pluvialis, circuiens feretrum, aspergit illud Aquâ benedictâ, ter à parte dextra, & ter à sinistra. Cùm transit ante Crucem, profundè inclinat; Diaconus verò genuflectit: posteà de manu eiusdem Diaconi accipit thuribulum; & eodem modo quo asperserat, incensat. Et rediens ad pristinum locum, Diacono tenente librum, iunctis manibus dicit:*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte : nosque

eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde Celebrans faciens Crucem manu dextra super tumulos, dicit:

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℣. Et lux perpetua luceat eis. *Et dicto per Cantores,* Requiescant in pace: *Et* ℟. Amen,

Iidem incipiunt Responsorium, Subvenite. *Et procedunt omnes processionaliter, Subdiacono Crucem ferente, sequitur Officiator cum Diacono, qui ei aspersorium ministravit, & procedens hinc inde ad latera, tumulos aspergit, Diacono fimbriam pluvialis tenente.*

Secunda Statio fit in Domo Capitulari, in qua Subdiaconus sistit se ad Altare, versâ facie contra ostium Domus Capitula-

tularis , & Fratres vadunt ad latera: Officiator ſtat contra Crucem , & finito Reſponſorio ac Kyrie eleiſon, *ſub* Pater noſter *ter aſpergit tumulos in loco ſuo , quo ſtat , terque ducens thuribulum , ſemel in medio , & ſemel ad quodlibet latus : & dictis verſibus conſuetis, ut ſuprà in prima Statione, ſubnectit Orationem ſequentem.*

Oremus.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ congregationis Fratres, propinquos & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt: beatâ Mariâ ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium

 per-

pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deinde Celebrans faciens Crucem manu dextrâ super tumulos, dicit:

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

Et dicto per Cantores, Requiescant in pace: *Et* ℟. Amen, *Iidem incipiunt Responsorium sequens.*




nē. Di ri ge Do mine
Deus me us in conspectu
tu o vi am me am.
Dū veneris. Re qui em æ-
ter nā dona e is Domi ne et lux ꝑpetua
lu ce at e is. Dū veneris.

Sub hoc Reſponſorio proceditur ad Navim Eccleſiæ; ubi ſervatur tertia Statio hoc modo: Subdiaconus ſiſtit ſe ante ſcamnum communicantium facie versâ contra Officiatorem, & Fratres manent hinc inde diviſi contra ſe mutuò, Officiator in fine ſtans contra Crucem facit ut ſuprà in Domo Capitulari, dictisque verſibus conſuetis ſubiungit hanc Orationem.

Oremus.

DEus, cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt: famulis & famulabus tuis, & omnibus hîc & ubiq; in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum: ut à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde Celebrans faciens Crucem manu dextra ſuper tumulos, dicit:

℣. Re-

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis. *Et dicto per Cantores*, Requiescant in pace: *Et* ℟. Amen, *Præcedente Cruce, procedendo ad Chorum canitur Responsorium*: Memento mei Deus, *sine Kyrie eleison & precibus. Officiator cum Ministris, facta reverentia competente summo Altari, ad Sacristiam revertitur.*

In Anniversario Defunctorum.

Oratio.

DEus indulgentiarum Domine: da animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum Anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

Series eorum quæ in hoc Processionali continentur.

In Festo Purificationis B. Mariæ Virginis.

In die Palmarum.

In Cœna Domini.

In Parasceve.

In

Victi-

FINIS.

Convent. Gandaven.
FF. Minor.
Recollectorum
1725

Fr I E P